### Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

### Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

### Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

Digitized by Google

Národní knihovna ČR
Historické fondy
23 H 52
Národní knihovna
1003118388

XXIII
H 52

37

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google




SPLENDOR et GLORIA

# DOMUS JOANNIÆ

Deſcripta ab ATHANASIO KIRCHERO Soc. Jes.

Amſtelodami, *Apud Joannem Janſſonium à Waeſberge. 1672. cum Privilegiis.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# PRINCIPIS CHRISTIANI ARCHETYPON POLITICUM

*SIVE*

# SAPIENTIA REGNATRIX;

QUAM

Regiis inſtructam documentis ex antiquo Numiſmate

HONORATI JOANNII

CAROLI V. IMP. & PHILIPPI II. Aulici.

CAROLI *Hiſpaniarum Principi Magiſtri nec non Oxomenſi Eccleſiæ Antiſtitis.*

Symbolicis obvelatim integumentis, Reip. Literar. evolutam exponit

ATHANASIUS KIRCHERUS *è Soc.* JESU.

REGIÆ BIBLIOTH: ACAD: PRAGEN:

*AMSTELODAMI,*

Apud JOANNEM JANSSONIUM à WAESBERGE. *Anno* 1672.

Digitized by Google

# JOANNES PAULUS OLIVA

Præpoſitus Generalis Societatis JESU.

CUm Opuſculum, cui titulus Splendor, & Gloria Domus Joanniæ à P. Athanaſio Kirchero noſtræ Societatis Sacerdoti conſcriptum, aliquot ejuſdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi poſſe probaverint, facultatem concedimus, ut typis mandetur, ſi ita iis ad quos pertinet videbitur. Datum Romæ 20. Novembris 1669.

JOANNES PAULUS OLIVA.

---

JUſſu R^mi. P. Mag. S. R. Apoſt. Fr. Iacinti Libellum vidi Splendorem, & Gloriam Domus Joanniæ Auctore R. P. Athanaſio Kirchero Societatis JESU, & cum nil repererim ſanæ Doctrinæ, aut probis moribus contrarium, cenſeo eſſe opus dignum, quod in lucem prodeat. Datum in Collegio Romano Societatis JESU, die 3. Septembris 1666.

MARTINUS de ESPARTA Soc. JESU.

Digitized by Google

ante Dedicat:



D. Antonius Ioannius de Centellas Marchio de Centellas Militaris ordinis Calatrave Eques, Regij Collateralis Status, ac Belli Conſiliarius, Regens Cancellariæ Regni Neap: Magnus Cancellarius & Mediolani à Secretis conſilijs.

Digitized by Google

Digitized by Google



*Illuſtriſſimo atque Ampliſſimo Viro*
*ac* Domino

# Dº. ANTONIO JOANNIO de CENTELLAS,

## Marchioni *de* Centellas,

*Ordinis militaris de Calatrave Equiti, Collaterali Status & Belli Conſiliario, necnon Regenti Cancellariæ & in Regni Neapolitani regia Camera, quam Summariam vocant, ſupremo locum tenenti, Domino meo colendiſſimo.*



Digitized by Google

# ATHANASIUS KIRCHERUS
*felicitatem precatur.*

CÆca procul dubio, Illuſtriſſime Marchio, Mortalium vita foret ſine præteritarum rerum memoria, quam tamen qui tenuerit, priorum quoque vitam ſe vixiſſe poterit exiſtimari. Parum eſt in hoc Mundo cum magna gloriæ acquiſitione fuiſſe, aut Orbi etiam quantumvis grandium rerum perpetratione profuiſſe, ſi conſopitam vetuſtate temporum memoriam, veluti ex veterno quodam in apertam lucem non eduxerit ſincera ſcribentium fides. Hoc Orientis conditor *Alexander*; hoc *Cæſar*, hoc quivis veterum Regum nobiliſſimi ſenſerunt. Horum & ego impulſus documento, cùm ſuaſu imperioque tuo, tum virtutis alienæ exemplo inductus, præſentis operis argumentum aggreſſus ſum, in quo Illuſtriſſimo Tuo conſpectui præponitur avitæ JOANNIÆ DOMUS Proſapia, ſummus Familiæ Splendor & Magnificentia, in qua Majores Tui Heroes fortiſſimi non *Hiſpaniam* duntaxat,

ſed

Digitized by Google

ſed & univerſam penè *Europam* rerum geſtarum amplitudine illuſtrarunt. Vin, ſcire quantum? Vix fuit à quingentis annis in Regno *Hiſpaniæ* tam nobilis terra marique ſuſcepta expeditio vix ullus tam urgentis belli contra hoſtes motus exercitus, cujus Archiſtrategi ex *Domo* JOANNIA, non primam ſemper victoriæ palmam retulerint; Vix alligatam ſolennis pompa ad exteros Reges & Principes, à Regibus *Arragoniæ* Legatio peracta fuit, quæ non ad iſtiuſmodi munus cum dignitate & Regii Nominis exiſtimatione peragendum unum ex JOANNIA *Domo* peridoneum inſolito ſelectu propoſuerit. *Hiſpaniæ* Monarchæ ægrè alios, quàm ex generoſa hac progenie Viros tum ingenio promptos, tum fide & integritate notos ad Regiæ Domus magni ponderis munia ſelegiſſe leguntur. Quæ uti in præſentis Libri Syſtaſi, magna rerum varietate propoſita ſunt, ita iis recenſendis diutiùs immorandum non duxi. In ſolo incomparabili *Domus* Tuæ ornamento HONORATO JOANNIO, omnis mea deſudabit ſcribendi induſtria, in quo uti omnia ad æternitatis

famam

ſamam conſpirant, ita quoque eum vel nominaſſe tantùm, ſat laudaſſe eſt; & ut interim heroicas ejus & verè Regias animi dotes, profundam nimirum judicii in rebus decidendis acrimoniam, providi animi in conſiliis dandis promptitudinem, miram in arte gubernandi, ingenii ſagacitatem ſileam; Quid in univerſa Artium Scientiarumque encyclopædia adeò impervium, reconditum & peregrinum ipſi propoſitum fuerit, quod aut neſciret? aut cujus nodum non ſolveret? adeò unamquamque earum ſublimi perfectionis gradu poſſidebat, ut non in omnibus ſed vel in unica excolenda excutiendaque, totius vitæ ſuæ curſum impendiſſe videretur. Parum dico, omnem admirationem ſuperat, illum innata, quadam animi moderatione, in Deum fide, & in proximos charitate, varietatem ſacrarum Scientiarum (quarum notitia cæteroquin tum faſtu, tum vani tumoris extollentiâ utplurimùm ſuos inflare ſolet) paranymphâ modeſtiâ tam felici conſortio conjunxiſſe, ut & omnibus quibuſcum neceſſitudinis lege converſabatur, rectę & incul-

patæ

Digitized by Google

patæ vitæ exemplo præluceret; & tamen in ſublimiarum ſcientiarum diſſolvendis difficultatibus eum præberet ingenii vigorem & efficaciam, ut nihil ſe neſcire ſine fuco tamen & vanæ oſtentationis labe conteſtaretur, tanta propoſiti inſtituti conſtantia, ut nec Cæſaris gratia, non *Philippi* Regis Catholici ingens favor & benevolentia, non per honorificum munus, quo in *Caroli* Principis *Hiſpaniarum* morum artiumque inſtructorem gratioſa electione conſtituebatur, non Paſtoralis Eccleſiæ dignitas, à conſueta animi ſubmiſſione, & à recta benè operandi intentione, in præpoſteræ vitæ ſemitas deterſerit. Habes hîc *Ill.me Marchio* vivam virtutum omnium imaginem in HONORATO JOANNIO expreſſam. Quam Tu, pro magna mentis Tuæ capacitate non ſolùm imitaris, ſed & ad virtutum dictarum prototypon intentis animi oculis ita vivum earundem in Te ectypon jam dudum expreſſiſti, ut inter *Domus* Tuæ Heroas unus haud immeritò annumerandus cenſearis. Teſtantur hoc magni ponderis munia à *Philippo* IV. Rege Catholico fidei Tuæ com-



Digitized by Google

miſſa; quæ quanta fide, prudentia, quanta cura & vigilantia, unà cum raræ doctrinæ, Legumque Civilium exquiſita notitia obieris, ſcivit *Salamantica*, novit *Valentia*, *Neapolis* deprædicat, loquuntur indulta Regum, uberrimi Proregum favores & gratiæ Tibi in meritorum Tuorum cumulum congeſtæ; monſtrant libri à Te publicæ luci commiſſi, luculenti exquiſitæ ſcientię Tuę teſtes. Sed ne ampliùs progrediar, Tua mihi modeſtia ſilentium imponit. Hoc unum à Te efflagitem, ut Opus hoc qualecunque tandem ſit, in perpetuum *Domus* Tuę honorem à me conſcriptum, pro ſolita & inſita Tibi benignitate acceptes, majores Tibi ob ſumma & nunquam interitura beneficia, debebantur gratitudinis demonſtrationes; ſed ut iis exprimendis linguâ verbiſque imparem me candidè fateor, ita illas non niſi tenui recognitionis penicillo adumbratas gratę poſteritati conſultius tranſmittendas cenſui. Vale *Vir* inter paucos maxime, Vale longævos in annos, Deo, Regi, bono publico, Tibi. E *Collegio Romano* Kalendis *Septembris* M. DC. LXVI.

IN-

Digitized by Google

# INDEX AUTHORUM

## Qui in hoc Opere allegantur.

1. *Alſonſus Garcia Matamoros, de doctis Viris Hiſpaniæ.*
2. *Andreas Eſcoto Peregrinus, in Bibliotheca Hiſpaniæ.*
3. *Alſonſus de Ulloa, in vita Caroli* V. *Cæſaris.*
4. *Alvarus Nunnez Cabeça de Vaca, in libro de detectione fluminis argentei.*
5. *Andreas Reſendius de Antiquitatibus Luſitaniæ.*
6. *Don Antonius Moralius, in Annot. Marginal. ſupra lib.* 4. *Rhet. Ariæ Montani.*
7. *Alſonſus Oretanus, in epiſtola ad Patiecum.*
8. *Aubertus Mireus de Scriptoribus Eccleſiaſticis in Vita Grudii.*
9. *Antonius Caçeres Patiecus libro de Prætura Urbana.*
10. *Don Antonius Auguſtini, in Vita ſui fratris Cubicularii Imperatoris Caroli* V.
11. *Alvarus Gomez, in libro, cui titulus publica lætitia.*
12. *Benedictus Arias Montanus, Tom.* 3. *Poëmatum lib.* 4. *Rhetor.*
13. *Didacus Gracian, in Hiſtoria Thucididis.*
14. *Don Ferdinandus Nunnez de Guzman Pincianus, in Obſervationibus Plinianis.*
15. *Ægidius Gonzales de Avila, in Theatro Eccleſiaſtico.*
16. *Ferdinandus Carraſa, Paraphraſi in Iliad. Homeri.*
17. *Franciſcus Guzman, de Cælibatu Miniſtrorum Altaris.*
18. *Franciſcus Rivera, lib. de Tranſlat. S. Eugenii Toletum.*
19. *Franciſcus de Piſa in deſcriptione Civitatis Toletanæ.*
20. *Gaſpar Eſcolanus, in Hiſtoria Valentina.*
21. *Gonzalus de Illelcas, in Hiſtoria Pontificum.*
22. *Hieronymus Quintana, in hiſtoria Antiquæ Nobilitatis Hiſpaniæ.*
23. *Hieronymus Samper. lib. cui titulus, Carolea.*
24. *Hieronymus de Contreras in Hiſtoria Philippi* II.
25. *Juannes Geneſius Sepulveda, in Scholiis ad Ariſtotelem de Rep.*
26. *Juannes Perez de Caſtro, in Chronico Caſtellæ.*
27. *Juannes Chriſtophorus Calbete de Eſtrella. lib. de Itineribus Philipp.* II.
28. *Don Joannes Vich. Litteræ.*
29. *Juannes Verſoça, Lib. Epiſtolarum.*
30. *Juannes de Vergara. Litteræ.*

31. *Ludovicus Vives. Tom. 1. de Exercitatione linguæ Latinæ.*
32. *Ludovicus Cabrera de Cordoua, in Hiſtoria Philippi* II.
33. *Laurentius Palmirenus, lib. de Imitatione Ciceronis.*
34. *Don Laurentius vander Hammen, in Vita Joannis de Auſtria.*
35. *Don Ludovicus Zapata, en el Carlos Famoſo.*
36. *Lucius Marineus Siculus, de Viris illuſtribus Hiſpaniæ.*
37. *Marcellus Cervinus, Cardinalis poſteà Pont. Max. in Epiſtola ad Honoratum.*
38. *Martinus Biciana, in Chronico Valentiæ.*
39. *Michael Hieronymus Ledeſma, in Compendio Græcarum inſtitut.*
40. *Melchior Fuſter, in Diſput. de Voluntate Dei.*
41. *Nicolaus Nicolaius Grudius, in Enchiridio M.S. de laudibus Honorati.*
42. *Petrus Pantinus, in libro Proverbiorum Græcorum.*
43. *Don Petrus de Montoya, de Epiſcopis Oxomenſis Eccleſiæ.*
44. *Reginaldi Poli, Litteræ ad Honoratum.*
45. *Rodericus Mendez Silva, libro de Notitia eorum, qui Principibus præfuerunt.*
46. *Terentianus Floch, Litteræ.*
47. *Valdaura, Litteræ.*
48. *Villalpandus, Litteræ.*

## Litteræ Pontificum ad *Honoratum.*

49. *Pii Quarti.*
50. *Pii Quinti.*
51. *Marcelli* II. *adhuc Cardinalis.*
52. *Philippi* II. *Litteræ.*
53. *Caroli Principis Hiſpaniarum Litteræ.*
54. *Reginæ Luſitaniæ. Litteræ.*

IN-

Digitized by Google

# INDEX CAPITUM & PARAGRAPHORUM hujus Libri.

## LIBER PRIMUS.


CAPUT I. QUem ſibi author in hoc Symbolico numiſmate cudendo ſcopum finemque præfixerit. *Fol.* 2

II. Quænam à Conſiliario regio, regiiſque Principis Magiſtro ad regnum bene beateque adminiſtrandum requirantur. 5

III. Chriſtianam & religioſam Politicam Principi, quam maximè neceſſariam eſſe. 7

IV. Numiſmatis, & in eo anterioris faciei expoſitio. 12

V. Poſterioris faciei expoſitio. 15

VI. Explicatio Symbolorum, quibus admirabiles virtutes & regnatricis Sapientiæ, morumque præſtantia *Honorati Joannii* exponuntur. 17

§. I. Symbolorum, quæ viraginis propria ſunt, expoſitio. *ibid.*

§. II. Olivæ Symbolica expoſitio. 26

§. III. Lyræ Olivæ appoſita Symbolica expoſitio. 29

§, IV. Serpentis tortuoſi lyræ aſſiſtentis Symbolica expoſitio. 34

§. V, Ideæ Sapientis Principis ἀνακεφαλαίωσις. 38

§. VI. Spe Finis. 39

CAP. VII. Privata præcepta principi præſcripta. 42

VIII. Decas Parænetica documentorum Politicorum. 46

DOCUM. I. Regni alicujus diuturna pax & beatitudo ſemper ſuſpecta eſſe debet. *ibid.*

II. Regni alicujus fælicitas in harmonico conſiſtit Dominatoris temperamento, ſine quo non niſi ruinam regni timere debet. 47

III. Ad Regni fælicitatem procurandam, vitiorum morumque peſſimorum Typhonia hydra ità ſupprimenda, ut tamen debita cura & vigilantia Regno non præjudicet. 49

IV. Avaritia in Regibus ad tyrannidem viam ſternit, ita maximè abominanda eſt. 50

DOCUM. V. Ubi honoris ambitio & invidia dominantur, ibi Regnum ſubſiſtere non poteſt. 52
VI. Quomodo & quibus mediis Regnum tum juxta veterum Sapientum Ægyptiorum, tum & Chriſtianæ Politicæ Leges perfectè ſtabiliri poſſit, & in ſua integritate conſervari. 53
VII. Juxta humani Corporis membrorum unionem harmonicè accommodanda Reipublicæ Regnorumque adminiſtratio. 54
VIII. Juxta partium in Mundano Syſtemate unionem & concordiam, Regni adaptanda eſt adminiſtratio. 56
IX. Juxta Syſtema Hierarchicum ordo in Regni adminiſtratione conſtituendus eſt. 57
X. Forma Regnum adminiſtrandi ab Ægyptiis uſurpata. 60

CAP. IX. Decas parænetica qua documenta circa conſiliorum, & Regiæ œconomiæ rationem ſervanda exhibentur, ex implicita Numiſmatis ſignificatione collecta juxta mentem Honorati. 66

DOCUM. I. De Conſilii ratione. *ibid.*
II. Dicaſterium Conſilii Ærarii Principis. 69
III. ——— ——— Pacis. *ibid.*
IV. ——— ——— Bellici. 70
V. ——— ——— Comeatus & annonæ. 73
VI. ——— ——— Legum. 74
VII. ——— ——— Pænarum. 75
VIII. ——— ——— Præmiorum. *ibid.*
IX. Totam Regni molem pluribus committendam ne pauci moli ſuccumbant. 76
X. Conſilii præfectos uni non pluribus tribunalibus præſidere debere. 77

*Pyramis Polygloſſa.* 78

CAPUT I. Schema Hyeroglyphicum quo *Honorati* mens Sapientiâ conſerta per analogicum quendam Symbolorum contextum: more veteribus Ægyptiis ſolito, exponitur. 79

LI-

Digitized by Google

# INDEX CAPITUM.

## Liber Secundus.

### Sectio I.

Caput I. De Origine *Domus Joanniæ* in *Græcia*, & de Imperatoribus, Regibuſque hujus *Domus*. 88
II. De tranſlatione *Domus Joanniæ* in *Venetias Paduam* & *Neapolim*. 92
III. De tranſlatione *Domus Joanniæ* in *Cataloniam*, *Galliam*, & *Majoricas Inſulas*. 94
IV. De tranſlatione *Domus Joanniæ* in *Valentiam*, & de Viris illuſtribus hujus *Domus* in *Valentino* Regno. 98
V. De tranſlatione *Domus Joanniæ* ex *Hiſpania* in *Siciliam*. 105
VI. De *Familiæ Joanniæ* in Regnum *Neapolitanum* tranſlatione. 108
VII. De *Familia* de *Centellas*. 117
VIII. Dignitates & officia, Virorum Illuſtrium ex *Domo Joannia*, quibus ſub regibus functi fuerunt. 119

### Sectio II.

Caput I. De Vita, moribus, inſtitutis, rariſque naturæ dotibus *Honorati Joannii*. 124
II. De Illuſtribus *Honorati Joannii* natalibus, ſtudiis, moribuſque. 126
III. De *Honorati Joannii* ex fama eruditionis omnigenæ ad aulam Cæſaream Regiamque promotione. 131
IV. De ſollicitudine Regis *Philippi*, qua *Carolum* filium ſuum *Honorato* inſtituendum tradidit. 134
V. De Humaniorum literarum, artiumque tam liberalium, quam illiberalium, quæ in *Honorato* elucebant, peritia. 142
VI. De egregia *Honorati*, in Theologicis & Philoſophicis ſtudiis peritia. 148
VII. De omnigenæ Doctrinæ ſpeciminibus Honorati. 152
VIII. De moralium virtutum ſtudio, vitæque integritate. 164

Cap.

Digitized by Google

CAP. IX. De *Honorati* in Politicis & legalibus ſtudiis peritia. 167
X. In Mathematicis, linguarumque ſummà *Honorati* peritia. 179
XI. De *Honorati* ad paſtoralem curam Eccleſiæ *Oxumenſis* aſſumptione, & de confirmatione ejus literis Apoſtolicis. 175
XII. De æſtimatione *Honorati* in actionibus civilibus & Eccleſiaſticis. 200
XIII. Quantum Antiquitatum fuerit peritus *Honoratus*. 205
XIV. De morte *Honorati Joannii*. 210

*Doxologium Polygloſſum Syncharmicum.*

SYNCHARMA I. Latinum. 223
II. Græcum. 224
III. Hebræum. 225
IV. Hiſpanicum. 226
V. Italicum. 227
VI. Gallicum. 228
VII. Germanicum. 229
VIII. Arabicum 230
IX. Syriacum. 231
X. Chaldæum. 232
XI. Samaritanum. 233
XII. Coptum. 234

LIBER

Digitized by Google

# LIBER PRIMUS ARCHETYPI POLITICI.

## Præfatio ad Lectorem.

LUſtrum jam pænè labitur, Curioſe Lector, quo Illuſtriſſimus Dominus ANTONIUS JOANNIUS Marchio de Centellas, Equeſtris Ordinis de Calatrava, nec non ſupremus Regiæ Cameræ Neapolitanæ, quam Summariam vocant, Præfectus, & Locum tenens, grande Domus Joanniæ decus, & gloria, Numiſma quoddam prægrande, miris Symbolorum Schematis adornatum ad me miſit; cujus, uti ob abſtruſam Ænigmatum texturam, à nemine adhuc, uti ſcribebat; interpretatio tentata fuerat, ita meam quantumvis indignam perſonam, quam in abditorum hujuſmodi hieroglyphicorum enodatione non nihil me præſtare poſſe intellexerat, ut illud ab obſcuritate, ſub qua jam ad centum annos & ampliùs latitarat, vindicarem, ſummis apud me precibus inſtitit; Ego verò, ne magni Viri preces irritas eſſe paterer, onus id interpretandi, quantum quidem ingenii mei tenuitas permitteret, me ſuſcepturum pollicitus ſum. Fateor ſanè, hujus ſuſcepti moliminis, in quo tot jam ingeniorum fervor deſudaverat: rationem temerarii auſus præſumptione non carere; Veruntamen, quemadmodum in Niloticis Hieroglyphicorum monſtris expugnandis complurium annorum exercitio, nonnihil validiorem me ſentio, adeoque inſitâ quadam in-

*genii pronitate in arcanos eorundem receſſus inveſtigandos, veluti pondere quodam ferar; ita quoque tantum abeſt, ut in hujus interpretatione Numiſmatis, ſpe meâ exciderim, quin potiùs veluti quodam magnetiſmo, ad adeò excellentium Symbolorum plena myſteriis arcana ſacramenta exponenda attractus, tota animi contentione ultrô, commiſſo mihi negotio adhæſerim. Sed relictis ulterioribus verborum ambagibus, inſtitutum ordiamur.*

## CAPUT I.

### *Quem ſibi Author in hoc ſymbolico Numiſmate cudendo ſcopum finemque præfixerit.*

HOnoratus Joannius à glorioſo *Philippo II. Hiſpaniarum* Rege in filii ſui *Caroli* Magiſtrum & Doctorem, morumque formandorum moderatorem nec non in ipſius Regis Conſiliarium jam electus, ſeriò ſecum expendere cœpit ingentis momenti ſibi concrediti muneris officium, quo nimirum ad tantum Principem, filiumque tanti Patris, tantorum Regnorum hæredem, cujus humeris magna Orbis Terrarum ponderis portio incumbere debebat, arte regnatrice adeò neceſſariâ imbuendum conſtituebatur. Uti erat prudentiæ prærogativâ, nec non acri judicii dictamine à natura inſtructiſſimus, ita quoque potiſſimùm mente ſua, veram, fidam, exactam Monarchæ Chriſtiani ideam, ad omnes juſtitiæ leges adaptatam expreſſit, politicis documentis, nec non ex omnium ſeculorum hiſtoriis, exemplis compilatam; Undè quâ, par eſt, ſedulitate & ἀκρίβεια, origines & fontes mutationis Regnorum, occaſiones Monarchiarum cadentium, Regum, Principum, Rerumpublicarum ruinas, earumque cauſas intimè evolvit, ut tandem juxta hujuſmodi

*Caſus & ruinas Monarchiarum, & cauſas expondere neceſſarium eſt.*

con-

conceptus archetypon rectè ſecum ponderans, nihil in præteritis annorum decurſibus, vel ab origine Mundi actum fuiſſe, quod in poſteris Mundi ætatibus, ob inſtabilem & corruptam humanæ naturæ conditionem, non eodem modo & accidiſſe, & accidere poſſe videbat. Quid enim, ut rectè ſapiens, fuit? id quod faciendum eſt; & quid factum? id quod futurum eſt; quid ergo tantarum mutationum exemplo Regibus Principibuſque vitandum, quid proſequendum; quid eligendum, quid reprobandum, quid iiſdem ſemper ſimilibuſque intercurrentium motionum exemplis agendum, Principi ad complurium Regnorum adminiſtrationem jam deſtinato præſcripſit, ut evitatis in exorientium ſeditionum motibus, iiſque tempeſtivè avertendis, Regnum in quieto, tranquillo, & pacifico ſtatu conſervare poſſet: Optimè is norat politicos Mundi ſtatus ad unum pænè omnes, neſcio quo fato, non quoad intrinſecam duntaxat, ſed & quoad extrinſecam rerum conſtitutionem ſemper & obnoxios fuiſſe, & etiamnum eſſe, quod quidem ex adaptatâ politici, ad elementaris Mundi analogiâ, fatorumque cum cauſis neceſſariis connubio, quàm luculentiſſimè deducebat: quemnam ajebat felicitatis ſtatum ſibi polliceri poſſint Regna; in quo ex continua Potentûm æmulatione, livore, invidiâ, variiſque ſuſpicionum umbris, & quod peſſimum eſt, pernitioſo ambitionis æſtro Grandium infatuantur animi? ubi reciprocis odiorum, inſidiarum, offenſionumque diſſidiis in tranſverſum acti ſubditi, novas ſeditionum machinas fabricare non ceſſant; ubi quiſque deſtructionem alterius, ſuæ conſervationis cenſet eſſe proprium; ubi non vere vivitur; ubi quiſque ſuo emolumento publicum metitur bonum; ubi ſalutem propriam alterius duntaxat excidio meditatur; ubi omnis juſtitia torpet, omnis ordo, & diſciplina diſſipatur, abrumpitur fides, laxata pie-

*Paſſionum ferocia evertit Regna.*

 tas

Digitized by Google

taſ omnis, & erga proximum quemque humanitas pluſquam barbarica feritate refrixerit. Pari pacto in Rebuspublicis id accidere quis ignorat? Quot Potentum Rerumpublicarum Cataſtrophas, quibus ſortem mortalium fortunæ viciſſitudo inceſſanter rotat, legimus? quot Imperiorum, ad quorum potentiam totus Terrarum Orbis trepidabat, everſiones miramur? quot Monarchias vixdum natas ac unà extinctas, aut ſaltem aliò tranſlatas novimus? & ubi victrix & formidanda poteſtas de devicto Mundo triumphare videbatur, ibidem ex civilium bellorum tumultibus, dum quiſque ex Magiſtratibus ſummam rerum ambitioſe ſibi arrogat; tantum humani ſanguinis cum infinita mortalium ſtrage effuſum ſit; ut quemadmodum *Polybius* narrat, homines prope deeſſent, qui imperarent; quæ omnia ex Reipublicæ Romanæ, Imperiique viciſſitudine, horrendiſque ſtratagematibus luculenter patent. Quemnam Principem immunem à diſcordiis vicinorum? à technis diſſitorum? ab odiis inferiorum conſiſtere poſſe cenſebimus? qua arte defendere poterit ſe privatus quiſpiam à factioſis potentum conſiliis? à ſeditioſorum conjuratione, à Magnatum populique diſcordiis, ab Archiſtrategorum perfidia, ab invaſione exterorum, ac tandem barbararum gentium inundatione? quæ omnia longiùs proſequi non libet, cum qui hiſtoricorum omnium ſeculorum callet notitiam, ea ignorare non poſſit.

*Viciſſitudines rerum humanarum.*

*Nemo Principum ſecurus eſſe poteſt.*

Hac itaque rerum conſideratione eximius ille *Honoratus*, ut Regii ſui diſcipuli animum ad continuam eorum ponderationem excitaret, cautelâ muniret, pectusque contra omnia adverſa corroboraret, inſtruxit. Non ſtitit hic, ſed artis hujus Regnatricis monita, & præcepta primò menti Principis, deindè quoque Numiſmati aureo, ſymbolicis adornato documentis ad perpetuam rei memoriam incidi curavit; uti in ſequentibus patebit.

CA-

Digitized by Google

## CAPUT II.

### *Quænam à Conſiliario Regio, Regiique Principis Magiſtro ad Regnum bene beateque adminiſtrandum requirantur.*

PRimò videbat *Honoratus* ad ſui muneris officium rectè adminiſtrandum, Hiſtoriam non ſibi duntaxat, ſed & Principi quàm maximè eſſe neceſſariam, utpotè quæ rerum in præteritis ſeculis actarum eſſet veluti ſpeculum, & imago ex moribus & ingeniis hominum compilata, certum & infallibile actionum humanarum μνημόσυνον fida & prudens in omni deliberatione conſultrix, in tranquillitate Magiſtra, Dux in bello, in mari nauclerus, portus & perfugium hominum cujuscunque tandem conditionis fuerint; Leges ajebat, nil aliud eſſe, quàm hiſtorias quasdam, ſive ſententias & opiniones antiquorum, & prudentium Legislatorum, quibus urbes & civitates, dum tutè & ſapienter regerent, ſuos cives æquâ juſtitiæ trutinâ in tranquillitate, & concordia ſervarent, quæ aliundè originem ſuam non traxerunt, quam vel ex fortunæ novercantis in Regnorum regnantiumque infelici dramate, vel ex proſperè velificantis fortunæ ſecundis ſucceſſibus; ut illa cauſas ponderantibus foret ad cautelam, hæc ad imitationem; ſiquidem Principes hiſce veluti panopliâ quadam muniti, quomodo in Principatu gubernando, gerendo bello, Imperio tuendo, amplificandis juribus, ſe gerere debeant, cognoſcerent.

*Hiſtoria ſpeculum rerum præteritarum.*

*Leges hiſtoria ſunt.*

*Secundò*. Politicæ veræ & Chriſtianæ diſciplinam prorſus ſibi neceſſariam cenſebat, utpote ſine cujus cognitione, nihil rectum, nil fructuoſum, ſive in dandis conſiliis, ſive in ani-

*Politica Chriſtiana Principi neceſſaria.*



Digitized by Google

mo Principis rite informando conſtitui poſſit; hanc verò potiſſimam conſiſtere videbat in tractatione artium tam belli, quàm pacis, aliarumque, quæ eò ſpectabant, conſiderationum; id eſt, quomodò, & qua ratione acquiratur, creſcat, augeatur, perdaturque Principatus, quibus periculis ſit obnoxius, quibus mediis, iis poſſit & debeat, ne detrimentum capiat, occurri; præterea quibus vinciendus legibus, quibus, ut bene beateque gubernetur, inſtrui debeat magiſtratibus: quantum deinde ad Principem rite inſtruendum, exacta polemicæ diſciplinæ notitia conferat, recte nôrit, ut nimirum intelligat Princeps, quibus præſidiis inſtructum oporteat eſſe militem, quibus centurionem, quibus Ducem, quibus armis debeat imbui, quomodo copiæ colligendæ, quomodo ductandæ, quomodo metenda caſtra, quomodo hoſti occurrendum, quomodo canendum receptui, aut hoſtis fugitivus proſequendus; num in ſuſtinendo bello ſufficientem nervum obtineat: quot modis viiſque cum colore & prætextu aliquo contra eum arma capias, qui adeo nullam magnamque hoſtilitatis cauſam præbuiſſet; quid poſtremo, præſtetne exſpectare adventantem domi, an foris aggredi hoſtem; quot res expediat conſideraſſe prius quâm ad arma & bellum apertum veniatur; ſine quorum quidem omnium notitiâ nec inſtruens, nec inſtruendus quicquam præſtiterit, ſi non priùs multorum populorum viderit mores, & urbes, ingenium & inclinationem hominum probè explorarit, totius Regni, aut Principatus quo ad ſitum munitionum, arcium, caſtellorum, portuumque maris, confiniumque locorum conſtitutionem, nôrit; quæ ſine idiomatum cognitione fruſtrà quis inveſtigabit.

*In quo conſiſtat felicitas Regni.*

*Varia Nationum, ingeniorum, linguarumque notitia.*

*Conſiliarii boni.*

*Tertiò.* Conſiliarios bonos, juſtos, peritos, & conſcientia præditos, Principi vel maxime neceſſarios cenſuit, qui non

non privatum, ſed publicum Principis bonum unice quærerent, ut nimirum non ſolùm ament, ſed etiam omni cura & vigilantia, omni propriorum commodorum ſplendoriſque ſollicitudine depoſita, publicum emolumentum procurent: Eſt enim hoc *Platonis* præceptum, quo dictas conditiones in Principe populorum rectore commendat: Amor enim boni communis ſemper eſt ſollicitus, & diligens; ſollicitudo autem nunquam quieſcit, omnia rimatur, omnia perveſtigat, nullius rei obliviſcitur, omnibus ſemper, quæ neceſſaria arbitratur providet; imò qui in propriis bonis malint nonnihil pati, quàm Reſpublicas in diſcrimen venire. Quod ſi fecerint, parva creſcunt, parta conſervantur, & ſine aliquo incommodo & difficultate vivitur. Verùm cùm hiſce plena ſint Politicorum Scriptorum monumenta; iis non immoror.

*Bonum proprium & privatum publico poſtponendum.*

## CAPUT III.

### *Chriſtianam & Religioſam politicam Principi quàm maximè neceſſariam eſſe.*

*Politica Religioſa eſſe debet.*

QUemadmodum *Deus Opt. Max.* bonorum omnium fons eſt, & origo, ita quoque omnis mundanæ potentiæ gloria, divitiarum opulentia, Regnorum Imperiorumque conſtitutio Regibus haud quàquam propria virtute aut ſapientiæ humanæ conſiliis, aut incertis fortunæ caſibus, ſed omnia ex ineffabili Divinæ providentiæ theſauro profecta cenſeri debent; ut proinde Religionis cultuſque Divini Numinis unice Principibus cordi eſſe debeat, ſine hac enim nulla eſt humanæ Societatis unio & concordia, nulla fides, nulla juſtitia, nulla virtus, ſed fraus, diffidentia, licentia, & protervitas, verbo, inextricabilis & hominum rerum-

Digitized by Google

rumque confuſio; Sola itaque Reipublicæ vinculum, Regnorumque firmamentum Religio eſt; qua niſi Princeps inſtructus fuerit, Regnum cum Regnatore mille ſcopulorum præcipitiis ultimæ ruinæ expoſitum eſſe, innumerabiles nos hiſtoriarum tragici eventus docent. Itaque Rex es? id à Deo te habere agnoſces, quod poſſides, tantòque majori te Religionis affectu Largitori Deo obſtrictum eſſe ſcias, quanto majora opulentiæ, & ſapientiæ chariſmata accepiſti. Rex es? ut bene feliciterque Regni molem ſuſtineas, Deo, humili mentis devotione, ſupplicandum eſſe nòris, qui tollere poteſt, quod tribuit, & evertere te qui te ſublimavit: Nam ut recte Philoſophus ad Alex. de Mundo: Ἀρχαῖος μὲν τὶς λόγος καὶ πάτριος ἐστὶν ἀνθρώποις. ὡς ἐν τῷ Θεῷ τὰ πάντα καὶ διὰ Θεοῦ συνέστηκεν. *Vetus à majoribus acceptus hominibus ſermo eſt: omnia nobis à Deo & per Deum conſtituta eſſe.* Exinde enim Heracleotica illa virtutum omnium Principibus conſentanearum, pietatis, modeſtiæ, clementiæ, juſtitiæ, fortitudinis, ac temperantiæ catena cœlitus demiſſa, adeò potenter ſubditorum animos ſtringit, ut ex amore & veneratione, qua Principem proſequuntur, ejus ſe voluntati imperioque in omnibus non inviti ſubjiciant; neque enim ſive exteri, ſive ſubditi fuerint eum facile lædere attentabunt, quem Numen adeò amicum propitiumque habere videbunt. Non dicam hìc de externæ felicitatis ſtatu, quo Princeps Dei timore perculſus gaudet; cùm ex innumeris tum ſacris, tum profanis hiſtoriis notum ſit, Deum, qui ſe colunt, attollere, & piis, religioſiſque Principibus, in magnis rerum deliberationibus, dextrâ ſua excelſa aſſiſtere, & tutari. Si verò quandoque ſummis adverſitatum procellis urgeantur, id benigniſſimum Deum, non niſi ad eorum in fide, ac religione conſtantiam exer-

*Timor Dei Principi neceſſarius.*

Digitized by Google

exercendam, majoremque meritorum cumulum permittere, notius eſt, quàm ut amplius diduci debeat.

*In politica Christiana duo ſcopuli vitandi ſuperſtitio & impietas,*

Cum verò Religio inter duos ſcopulos, ſuperſtitionem, & impietatem, media ſit, quæ uti malorum omnium in Republica exorientium cauſa ſemper extiterunt, ita quoque Principi utraque veluti pernicioſa peſtis vitanda eſt; & ſuperſtitio quidem frequentior, impietas deterior; illa ſub falſo pietatis prætextu, & deſultoriâ quadam imagine timidis mortalium pectoribus ſeſe inſinuans, uti purum putum humanarum mentium ludibrium eſt, ita quoque dici non poteſt, quantum tum Principum, tum ſubditorum mentes infatuet, quantam malorum iliadem ſecum trahant hujuſmodi vaniſſimæ credulitatis phantaſmata: hujuſmodi ſunt Aſtrologaſtrorum vanæ pollicitationes, abſurda Augurum, Sortilegorumque vaticinia, abdita Necromantarum, magicarumque artium Latibula, Satanica θεεργία Cabaliſtarum & ſimilia, quæ, uti ex innumeris exemplis patet, hominum, Regnorum, Principum, Subditorumque everſionis cauſa fuerunt. Deo devotus Princeps es? fuge Aſtrologorum prædictiones fatali neceſſitati propinquas: puniantur ſub ſanctimoniæ titulo Religionis veræ depravatores; ſectare juſtitiam, & plenâ fiducia Deo innitare; relinque vanas hujuſmodi ſuperſtitionum illuſiones cœcæ gentilitati, Ægyptiorumque ridiculis cæremoniis: Nemo magnanimus Princeps Chriſtianus, & alta meditans, tales ſubditos ſibi velit, qui uti à Dœmone ſuperſtitioſis ritibus dementantur, ita quoque ad motus concitandos, aut rebellionem proniores ſunt. Legant qui volent, quantos nullo non tempore in Republica tumultus excitârint hujuſmodi pſeudoprophetæ! Quoties hi à Principibus Romanis Græciſque, vel exilio pulſi, vel cæſi, vel violenter trucidati, quoties etiam à Chriſtianis Regibus ſint! mirabitur,

*Divinatoria artes vitanda.*

& vix credet, vel paucos ſupereſſe in ſemen; repullulant tamen haud ſecùs, ac Hydræ capita, non niſi in Rerumpublicarum ruinam, & exitium; & ut *Tacitus* ait: hoc genus hominum ſemper proſcribetur, & ſemper retinebitur. Sed de hiſce modò ſatis.

*Impietas ſive ἀθεισμὸς vitandus.*

Accedo ad alteram partem, quam Impietatem diximus. Grande, & ut ita dicam, malorum malum, cum homo à ratione, imo à Natura abit, contemptor Numinis, aut negator, quod ille aſſeruit, & hæc inſevit. Eoque veniri ſolet, ſive à ſuperbia quadam, & rudi ferocia; ſive à vitiorum magnitudine & cumulo, quæ animum mancipârunt; Deum enim, dum ſe ſubtrahit, & nè eum timeat, ſpernit, atque unà præmiorum omnium futurorum pœnarumve à Deo factam pollicitationem pro nihilo habet; & ſunt illi, quos Atheos, Libertinos, aut Statiſtas vocant, quos Princeps tanquam Deo, hominibuſque exoſos, à Regno excluſos, non niſi atrocibus flammarum ſuppliciis è mundo tollere debet; occultum ſanè malum, & in Aulis paſſim ingens peſtis eſt, tantò ſævior truculentiorque quantò occultiori juſtitiæ modeſtiæque amictu

*Fatalis neceſſitas vitanda.*

veſtita, ſimpliciorum hominum mentes lethifero toxico violentius funeſtat; adſciſcunt, hujuſmodi impietati ſuæ fatalem quandam neceſſitatem, quâ omnium ſtatus mortalium ſine ulla alterius Numinis providentia, tum in Mundi, tum in rerumpublicarum adminiſtratione leges tranſiguntur; dum Mundum fatali neceſſitate inſipienter gubernari autumant: Chriſtianus verò Princeps, quod impii, & ἀθεόσεβοι fatum fortuitum, & Caſuale dicunt, illud, aliud eſſe nec poſſe, nec debere, quàm ipſum Divinæ providentiæ decretum, Prin-

*Fatum quid ſit.*

cipes ſentire debent: Quid enim aliud eſt Fatum, uti *Minutius Felix* ait, quàm id, quod de unoquoque noſtrum fatus eſt Deus? non ſolum de unoquoque noſtrum, ſed & de rebus omni-

omnibus, quæ ſunt, fuerunt, erunt; is enim qui omnia fecit, dirigit eadem, movet, ſervat; pulchre ſane Triſmegiſtus: Καθάπερ ἰνιόχος ἀγαθὸς τὰ τοῦ κόσμου ἅρμα ἀσφαλισο-μένος καὶ ἀναδήσας εἰς ἑαυτὸν μήπως ἀτάκτως φέρηται. *Tanquam Auriga peritus currum hunc Mundi firmans in ſeipſum alligat, nè incompoſitè, & ſine ordine feratur*; ita eſt, per cauſas medias variè nexas prima illa cauſa omnia temperat ſuaviter, prudenter, & utiliter moderatur, neque aliter credendum eſt; ut proinde ex hiſce Princeps edoctus à Deo ſcilicet, non à fato, & ſe, & Regnum ſuum eſſe, ſibi perſuadebit, ſine cujus voluntate ne unicum quidem àrboris folium deciduum in terram labitur, ſortium humanarum unicus Arbiter & director; à Deo bona malaque externa eſſe, ideò nec in illis elatè, nec in iſtis abjecte nimis agendum; conſtantia ubique, & volens quædam Decreti divini obedientia neceſſaria eſt.

Atque hoc fuit politicarum virtutum Archetypon, quod *Honoratus*, antequam Regii Magiſterii officio præficeretur, tanquam ſpeculum ante ſe poſitum contemplabatur; Non ſtabat hìc prudens Magiſter, ſed ut eſſet ſua in Deum Regemque fides cedro perennius monimentum totius Regnatricis Artis Principi adeò neceſſarium; paucis quidem, ſed quæ ingenio polleant, ſymbolis comprehenſum aureo Numiſmati imprimi juſſit, cujus interpretationem mihi commiſſam eâ, quâ par eſt, fide & ſinceritate modò exponere aggredior.

# CAPUT IV.

## *Numiſmatis, & in eo Anterioris faciei expoſitio.*

NUmiſma ſub amplitudine, quam intuemur, Regio juſſu, anno ætatis HONORATI XLIX, uti in dextro manicæ limbo legitur, cuſum fuit; cujus anterior facies effigiem exhibet laudatiſſimi Viri HONORATI JOANNII, ut hic in ſchemate vides: qui nobis hujus glorioſi The-




matis occaſionem præbuit, ſub hac verborum periochâ *Numiſmatis* limbo circumſcriptâ: HONORATUS JOANNIUS CAROLI HISPANIARUM PRINCIPIS MAGISTER. Quantis verò animi dotibus fuerit à natura inſtructus ipſa ejus effigies, uti dici ſolet, ἐν τῷ τύπῳ demonſtrat; in qua ſplendor majeſtatis cum ſapientis animi ectypo veluti con-

*Magnæ animæ dotes monſtrat externa effigiei forma.*

Digitized by Google

concertare videntur, ut quamnam ſuperiorem æſtimem, definire neſciam; & frons quidem præampla, & patula, quid aliud, (ſi *Ariſtoteli* credimus) niſi vaſtam magnæ mentis capacitatem indicat, & formam imperio dignam? quid aliud oculi, ignea quadam vivacitate pollentes arguunt, quàm igneæ mentis, & accipitrinam perſpicacitatem judicii maturitati junctam, ad res magnas gerendas aptiſſimam? undè veteres *Ægyptii* Divinæ mentis omnia videntis aciem ſignificaturi, eam ſub accipitris volucris acutiſſimi viſu hieroglyphico aptiſſimè exprimebant; imò Numen ipſum ſupremum, teſte *Euſebio*, Accipitris capite ſignabant, quo Solis illius Supramundani omnia pervidentis providentiam indicabant; Nam ut rectè *Euſebius*: ὁ Θεὸς ἱερακὸς κεφαλὴν ἔχει, ex *Ægyptiorum* dogmatis deprompto epiphonemate: hoc autem hieroglyphico exprimebant ea omnia, quæ in noſtro *Oedipo Ægyptiaco* fusè expoſuimus.

*Frons quid notet?*

*Oculi quid?*

*Per Accipitris oculos Ægyptii Divinam providentiam notabant.*

*Deus Accipitris caput habet.*

*Naſus Aquilinus.*

Naſi Aquilini forma magnis Heroibus propria, certè non aliud notat, niſi, teſte *Philoſopho*, inſignem prudentiam, atque rarum rerumpublicarum dextrè & circumſpectè gerendarum præſidium; quo à malo bonum, dextrum à ſiniſtro, proſperum ab adverſis ſeparatum, atque quid obfuturum quid profuturum in Regiis magni momenti expeditionibus, quàm æqua maturi judicii trutina ſingula ponderanda expendendaque ſint, præſcribitur. Sed explicemus myſterium.



Certè ſub adducti hic hieroglyphici Schematis figura *Ægyptii* aliud non ſignabant, quam primò univerſalem Supremi Numinis omnia moderantis in Mundo providentiam, quam fuſiſſimè expoſitam vide in *Obeliſco Pamphilio* & *Oedipo*; deindè veluti per analogiam quandam virum ad res magnas in Regnorum Rerumquepublicarum adminiſtratione gerendas deſtinatum; quæ ſane ſi ulli, certè *Honorato Joannio* cumprimis adaptari poſſunt.

Sedet figura in ſolio quadrato, pulchro candidarum nigrarumque teſſerarum contextu, cujuſmodi & arma gentilitia *Domus Ioanniæ* habent, adornato, ad imperturbabilem, tum in proſperis, tum adverſis, animi conſtantiam indicandam; deindè quoque judicii acrimoniam, maturitatemque intellectus, quo bonum à malo, à luce tenebræ, verum à falſo, quæ nigro-candidis quadratulis aptè notantur, diſcerni debet. In manu baculum tenet recurvum, poteſtatis authoritatiſque indicium; curvus eſt, ut oſtendatur, poteſtatem omnem à Deo eſſe, & applicandam dirigendamque ad bonum ſubditorum; pectore, pedibus, brachiiſque nuda ſpectatur, ut eo amor, & benevolentia in ſubditos, candor animi, ſinceritas ſine fuco, ab omni falſitatis integumento liber notetur; brachium extenſum habet, ut liberalitas & munificentia in omnes, pede nudo, ad in bonum ſubditorum exercendum promptitudo denotetur. Accipitrina facie conſtat, ut ſuprà dictum fuit, ad perſpicacitatem intellectus ſignificandam; Tutulum capiti impoſitum habet, Floridum, ut eo virtutum ex dictis virtutibus promanantium fructus ſignetur. Talis prudentiæ fuiſſe traduntur, *Suetonio* teſte, *Julius Cæſar, Octavianus Auguſtus, Antoninus Pius*, Cæſares, ingentium geſtorum gloria toti Poſteritati memorabiles; ut proindè nec ſine ratione *Honoratus* noſter ſimili vultus prototypo præditus ſpectetur,

*Julius Cæſar. Auguſtus. Antoninus Pius cujus forma.*

Digitized by Google

tur, qui enim ad Regios animos moribus, artibusque condignè imbuendos unus electus fuerat, hiſce ipſis veluti magnæ Artis gubernandi ſubſidiis, quibus eum natura inſtruxerat, carere non poterat. Reliquus corporis habitus, uti totus ad gravitatem compoſitus ſpectatur, ita quoque inſignem animi moderationem modeſtiamque, quâ potiebatur, innuit, juxta illud. *Corporis habitus.*

*Quæ de te ſpes ſit, ſignatur imagine vultus.*

Atque talis hic ſpectatur *Ioannius*, ut de eo, quod de *Alcibiade* refert Æmilius Probus, verificatum videatur. *Nam in ampliſsima civitate ſummo genere omnium ætatis ſuæ formoſiſſimus, ad omnes res aptus, conſiliique plenus, diſertus, & in dicendo potens, & tanta erat commendatio oris & Orationis, ut nemo ei dicenti poſſet reſiſtere.* Sed jam ad poſterioris faciei expoſitionem calamum convertamus.

## CAPUT V.

### *Poſterioris faciei expoſitio.*

EXhibetur in ea magna ſymbolorum argutè excogitatorum congeries, quâ ceu quoddam Politicæ Artis Syſtema conſtituitur, ingenioſâ ſymbolorum architecturâ concinnatum, quo innuitur, queis Sapientiæ ſubſidiis cæteriſque animi dotibus inſtructos eſſe oporteat eos, qui aliis recte beatéque vivendi gubernandique normam tradere contendunt, præcepta dictant, & ad præcipitia errorum vitanda, modum rationemque præſcribunt. Sed jam hæc, eâ, quâ par eſt, claritudine exponamus. *Politica Artis Syſtema.*

Et prima quidem fronte, in *Numiſmatis* poſtica facie, non prorſus viri, neque omnino fœminæ, ſed gravitate conſpicuæ

Vira-

Digitized by Google

*Viraginis forma.* Viraginis ectypon ſeſe offert; velato capite, ſine capillis, amictu per totius corporis ambitum, variis anfractibus deducto. Amictûs extremæ juxta vultum portiones nodo connexæ, è veluti capiſtro quodam ori inſerto, neſcio quod arcanum & quidnam ſummi in Sapientiæ ſchola momenti præ ſe ferat: *Os ſilentium indicii quid.* Siniſtra manu os indicat, digitoque ſilentium ſuadet, veluti magnum quidpiam indicatura; dextra manu collectas amictus fimbrias conſtringit, cujus poſteà myſterium pandetur; *Veſtitus fimbriali diffuſio.* Arcana prætereà ſignificatione non caret amictus jam veluti vento agitati hinc inde diffluentis, modò multiplici plicarum compoſitione in ultimum veſtimenti limbum deſcendentis expreſſio, & quod alicui mirum non immeritò videri poſſet, *Membra corporis partim tecta, partim detecta.* quidnam ſibi velit, viraginei corporis membra amictu partim tecta, partim ad nuditatem detecta, quemadmodum luculenter exprimunt, una ex mammillis nuda, altera cooperta, ſed & dextri brachii dimidii nuditatem unà cum dextri fæmoris tibiæque nuditate, quæ eximiis myſteriis minimè carere cenſere debemus. *Olea quid viragini appoſita.* Huic viragini appoſitam videmus oleam ramis undique diffuſam, novis hinc indè germinum ſtolonibus erumpentibus, ad cujus truncum radici vicinum *Lyra quid?* Lyram quoque appoſitam vides, & hinc tortuoſum ſerpentem capite erecto, neſcio quidnam molientem; *Corona Abaco appenſa, quid?* Spectatur tandem ad ſiniſtram abacus, è quo corona laurea dependet, cum hac epigraphe: SPE FINIS. *Spe Finis, quid?* Habes hìc Lector paucis Symbolorum in hujus *Numiſmatis* poſtica parte exhibitam deſcriptionem. Reſtat, ut quid tam inuſitata ſymbolorum congeries ſibi velit, ampliſſimo ratiocinio exponamus.

CA-

Digitized by Google

# CAPUT VI.

## *Explicatio Symbolorum, quibus admirabiles virtutes & Regnatricis Sapientiæ, morumque præſtantia* Honorati Joannii *exponuntur.*

ANte omnia Viraginis hujus Symbolicæ ſtatus conſiderandus eſt; Continet hæc plura in ſe complicata ſublimium Virtutum argumenta; hanc ſequitur olea arbor ſibi junctam habens Lyram, Serpentem voluminibus ſuis in multiplicis helices contortum, qui ſurrecto capite aliquid veluti moliri videtur; Cui tandem abacus hanc epigraphen continens SPE FINIS, Symbolico molimini veluti epiphonemate quodam, finem imponit. Singula hæc recenſita ſymbola totidem paragraphis expediemus.

### §. I.

*Symbolorum, quæ Viraginis propria ſunt, expoſitio.*

Symbolorum in hoc *Numiſmate* talis connexio eſt; ut vir undiquaque eruditiſſimus, quemadmodum in anteriori magnæ mentis ſuæ ſtatum, in ſua materiali effigie ſignis ex phyſionomia deſumptis pulchrè & ſcitè declaravit, ita in poſteriori facie, quas animi dotes ſymbolico variorum ſenſuum involucro abdidit, non niſi ſapientibus notas eſſe voluit: ac imprimis quidem viraginis ectypon ſeſe offert, quam ego perfectam Sapientiæ Ideam interpretor, iis vir- *Virago quid?*

tutum adminiculis adornatam, ut quibus pro ſua ſingulari prudentia Regios animos imbuebat, *Honoratus*, ipſe iis minimè caruiſſe oſtenderet; adeòque ſub ipſis ſymbolis perfectum ſapientis viri typum exprimeret, ut qualiſnam, quem erudiebat altæ proſapiæ Principem in regnandi arte eſſe deceret, quomodò ſe gerere oporteret, aptiſſimâ hac ſymbolorum tropologiâ exponeret. Viraginem poſuit, nec virilem omninò, nec etiam fœmineum habitum præſeferens, aptiſſimum, uti dixi, idealis ſapientiæ ſymbolum; eſt enim ſapientia rerum Divinarum humanarumque ſcientia cognitioque, quâ intelligitur, quæ cauſa cujusque rei ſit, ex quo efficiatur, quid in quovis negotio amplectendum, quid fugiendum, quid admittendum, quid omittendum, ad Divinæ imitationis archetypam formam conſtituta; Atque proinde duplex hic ſapientia conſideranda ſit; una Theorica, ſive Metaphyſica, quæ circa altiſſimarum rerum cauſas verſatur; Altera practica, quæ prudentia dicitur; atque hoc pacto hoc loco eam ſumimus, utpote Regibus & Principibus, eorumque conſiliariis & Magiſtris in politica rerum adminiſtratione propriam. Sed hiſce jam præmiſſis, jam ſymbola ordine exponamus.

*Regnatricis ſapientiæ Symbolum.*

*Sapientiæ definitio.*

*Sapientia duplex Theorica & practica.*

Viraginem poſuit, ut oſtenderet, rigorem in Principibus humanitate quadam & affabilitate temperandum; ne rigor nimius in Tyrannidem, nimia verò mollities in morum perverſitatem, atque impunem quandam peccandi licentiam degeneret, forſan ab *Ægyptiis* id edoctus, qui Sapientiam ἀνδρόγυνον dicebant, utriusque ſexus participem, quemadmodum in *Oedipo* noſtro, *Tractatu de Genealogia Deorum, de Arveri, Iſi, Horo & Mercurio* oſtendimus, quæ Numina *Ægyptiorum* ſunt, & Sapientiæ præeſſe dicuntur. Nam quemadmo-

*Cur ſub forma androgyna exhibita ſit virago.*

*Sapientiæ præſidis apud Ægyptios.*

admodum rectè Lipſius lib. de ſapientia : *Qui ſapienter aliis præeſſe vult, illum extrema rigoris cum quodam humanitatis ſenſu condire oportet, ne rigor ſine affabilitate in rebellionem degeneret, nimia verò indulgentia diſſolutionis portam aperiat*. Unde recte *Numiſmatis* Author ſub Viraginis fœminina forma blandos mores, per maſculum verò animum ei inſertum, morum gravitatem, ad omnem Juſtitiæ normam, compoſitam, qua imbutum eſſe vult Principem, ſcitè innuit ; quod & vultus Viraginis maturitate & heroica quadam gravitate plenus ſat indicat. Pedibus inſiſtit ſaxo, ad conſtantiam & fortitudinem animi, quo quiſque Sapiens inſtructus eſſe debet, conteſtandam : Nam ut recte Apuleius de dogmate Platonis: *Vir ſapiens nec contrahitur in adverſis, neque in ſecundis effertur, inflexibilis fortitudinis petræ inſiſtens* ; hanc & velatum amictu caput pulchre indicat : ne videlicet ſapiens ulla mollitiei nota, quæ per fœminarum juvenumque calamiſtratos capillos notatur, ſe contaminet. Hinc & veteris Eccleſiæ uſus, *Sylveſtri primi conſtitutione* fœminis ſine velato capite Eccleſias introire interdictus traditur. Ægyptii quoque Sacerdotes ſapientiæ dediti, non niſi raſi ſacrificia in fanis ſuis operabantur, ut fusè *Porphyrius de abſtinentia animalium* docet, ne capillis, id eſt, vilibus animalium excrementitiis partibus, veluti immundi à Diis repudiarentur. Innuit hoc recte Cicero : *Sapientis*, inquit, *eſt proprium, conſtanter, graviter, honeſtè, facere omnia, omnem ſuperfluum victum amictumque contemnere* : & Mænander Græcus Author, *nil adeò Sapientiæ contrarium eſſe* dicit, *quàm mollis in Luxuriam diffuſus animus*: Μηδὲν οὗτος ἀνάντιον εἶναι τῇ σοφίᾳ, ὅτι θυμὸς Μάλακτος.

*Lipſius.*

*Saxo pedibus inſiſtit.*

*Velatum caput.*

*Eccleſiæ uſus.*

*Sacerdotes Ægyptii cur raſi ſacra operabantur.*



Digitized by Google

*Nodus in ore Viragi-nis quid?*

Tertiò. Virago nodum in capiſtri formam adaptatum ori inſertum geſtat, quo arcani conſilii ſilentium rite exponitur, quæ virtus tantopere ſapienti Principi neceſſaria eſt, ut ſine ea nil recti confici poſſit. Quot Regna, quot Reſpublicas, quot urbes inſuperabili calamitate, ex inconſiderata verborum loquacitate in ultimam ruinam deductas legimus? Undè nulla major in ſapiente Principe virtus, quàm ſecreti conſilii tenacitas, & eſſe poteſt, & debet, teſte *Ariſtotele in Politicis.* Rectè igitur virago noſtra myſtica globum ori inſertum geſtat, digitoque ſilentia ſuadet: quo

*Silentii Symbolum.*

ſymbolo *Sigalionem* ſeu *Harpocratem* ſilentii apud *Ægyptios* Numen, ſcitè & eleganter Author indigitaſſe videtur; quem uti in *Obeliſco Pamphilio fol.* 415. docuimus, ſupra Loti florem ſub nudi pueri forma ſedentem, levo digito ori admoto

*Sigalion ſedet ſupra Lotum.*

ſilentium ſuadentem ſignabant; undè & *Sigalionis* ἀπὸ τοῦ σιγᾶν, à tacendo, ei à poſteris nomen inditum fuit; ſupra loti ſedet florem quo abdita quadam allegoria, ex naturali Loti ad Solem ſympathico conſenſu, ſapientem ſemper animum ad Solem illum ſupramundanum exaltatum, & ab omnibus terrenarum cupiditatum quiſquiliis abſtractum habere debere notabant, & per nuditatem apte ſignabant; ſcuticam manu tenebat, & eſt ad pravas & ſiniſtras animæ poteſtates, quæ ſunt terrenarum cupiditatum illecebræ, o-

*Silentium Principibus neceſſarium.*

mni conatu abigendas, elegans ſymbolum: digito ſilentia ſuadet, quo Sapientem ſilentii tum in publica rerum adminiſtratione, tum potiſſimum in ſacro Religionis cultu peragendo tenacem eſſe debere, ſignificabant, quod tanto ſtudio obſervabant, ut, non dicam occultum in ſacrificiis procedendi modum & rationem prodere, ſed & vel ipſius Numinis, cui ſacrificabant, nomen revelare, nefas eſſe ducerent,

Digitized by Google

rent, non niſi morte expiandum. Quæ omnia quam fuſiſſime in noſtris *operibus hieroglyphicis* proſequimur.



Figmentum porrò hoc totum Ægyptiacum fuit, quod digito labris impreſſo ſilentium ſignificarent de Diis immortalibus habendum, in quos ne licentioſi ſimus, à *Platone* legibus monemur. Sigillum hujus Numinis in annulis geſtari ſolitum à veteribus, ea de cauſa tradit *Plinius*, ut ſilentium de agendis rebus indicarent. Unde & *Angeronæ* effigies obtecto obſignatoque ore, uti in noſtra viragine patet, fuit apud *Romanos*, ut ſilentio involvendam ſupprimendamque innuerent, in cujus tutela Numinis urbs *Roma* eſſet, ob eam nimirum ſuperſtitionem, ne Tutelares Dii ſacris quibusdam avocarentur devoverenturque. Hinc *Valerium Soranum* neci traditum conſtat, quod arcanum hoc propalare auſus eſſet; eaque de cauſa de

Harpocrates *in ſigillis geſtari ſolitus.*

Angerona *ſilentii dea apud* Romanos.

Valerius Soranus *ſilentii ruptor occiditur.*



Digitized by Google

*Roma* loquens ait : *cujus nomen alteri dicere arcanis cerimoniarum nefas habetur.* Hujuſmodi ſilentium & taciturnitas in arcanis Principum conſiliis ita etiamnum viget, ut ad id ſummo rigore tenendum etiam jurejurando obligentur.

*Caput raſum & velatum.* Iterum, capite raſo conſpicitur, uti & velato Virago noſtra, ne Deorum ex capillis, id eſt, vilibus animalium excrementitiis partibus, quas Deos odiſſe norant, eorum indignationem, loco propitiationis incurrerent. *Globus in capite.* Capite globum gerit, quo monſtrabant, ſapientem æternarum immortaliumque felicitatum ſemper memorem eſſe debere. Recte *Quid globus ori inſertus in viragine.* igitur virago noſtra globo ori inſerto ad neceſſariam ſilentii obſervationem indigitandam exprimitur, juxta illud:

*Nunquam pœnituit tacuiſſe, ſed eſſe locutum.*

Innumera hoc loco de Pithagorici ſilentii cuſtodia variis hiſtoriis comprobata, adducunt Authores, recte Philoſophus *Ariſtot.* in Politicis, *Regem ſapientem ſcire, bonum eſt, ſed magis ſilentio linguam continere.* *Plautus.* & Plautus in Epin. *Plus ſcire ſatius eſt, quam loqui, hæc enim ſapientia eſt.*

*Habitus Viraginis.* Quartum Symbolum eſt indumentum viraginis, quo partim tegitur, partim eo ſublato, nudiores dextrâ partes exhibet. Quid aliud per hoc indigitatur, niſi Politicus, hiſce quoque temporibus, agendi modus, quo demonſtratur Sapientem Principem, non omnia mentis ſuæ conſilia revelare, ſed majoris momenti deſignationes tectas tenere debere. *Diſſimulatio Principis.* Iterùm oblocutiones ſubditorum, & publicas murmurationes, non niſi diſſimulandi ſtudio, cum tempore Sapientem Principem ſuperare poſſe, ſi non nullos in Principe exceſſus à Subditis notatos ipſe publica demonſtratione emen- *Colli nudi oſtenſio quid?* dare ſtuduerit. Collum gulamque denudatam monſtrare videtur, quo notatur, ſobrietati & temperantiæ ſtudio deditum

tum eſſe debere Principem. Mamillam dextram nudatam monſtrat, quo innuit, charitatem, annonæ ubertatem munificentiam & liberalitatem, Principem cumprimis decere; eſt enim liberalitatis ſymbolum turgens mamilla & non apud *Græcos* ſolùm, ſed & apud *Ægyptios* maximè ſymbolum fuiſſe beneficentiæ, rerum omnium ad humanam vitam ſuſtentandam neceſſariarum, in præſenti figura patet; ubi vides Deam *Nephten* tutulo inſtructam pedibus brachiiſque nudam ubere tumido expreſſam; quæ omnia ſymbola ſunt Numinis benefici, quod abundantiâ & varietate rerum Mundo ſubvenire nunquam ceſſent. Sed jam ad noſtra.

*Mamilla tecta, detecta.*



Quarè verò alteram mammam tectam virago noſtra habeat, explico. Tectam habet, ut ſubindè in benefaciendo improbis, ne beneficiorum profuſa liberalitate, deteriores fiant, ſe contineat. Modum erga homines non meritos, & vitiis ſubditos tenendum docet, quem mamilla ſiniſtra tecta optimè exprimit; Quod idem demonſtrat veſtimentum, quod à ſiniſtra veluti eventilationis defluxui permittit, at collecto limbo, quem manu dextra veluti conſtringit, remiſſionis modum tenendum docet, ſiquidem eventilatio indumenti, nonnullius licentiæ popularis permiſſionem indicat, quam ne in diſſolutionis vitium degeneret, præſcriptis legibus cohibendam eſſe ſignat. Vide figuram ſequentem.

*Altera mamilla tecta quid?*

*Eventilatio veſtimenti.*

Quintò

Quintò. Quod verò fœmur dextrum cum tibia pedeque nudum, ſiniſtræ verò veſte coopertæ ſpectentur, myſteriis non caret.

*Prudens naturæ progreſſus per Iſin.*




Apud *Ægyptios* reperio, *Iſidem* Magnam Deorum matrem, *Plutarcho* teſte, hoc ipſo nil aliud ſignificaſſe quàm prudentem Naturæ progreſſum; undè eam Hieroglyphicis expreſſuri, duos ponebant pedes: quo reconditiſſimâ quadam allegoriâ notabant, Sacerdotibus in Iſiacis omnibus actionibus, negotiorumque Regni publicis expeditionibus, prudenter, celeriter, nec non ſumma fide & juſtitia procedendum eſſe, ne longiori negotiorum expediendorum mora ſubditis turbatis, calumniarum obtrectationumque occaſionem præberent, nec non *Iſidem* ad indignationem vindictamque moverent. Vide *Obeliſcum Pamphilium lib.* 1. *cap. de Iſide*. Atque huc forſan reſpexiſſe videtur hujus *Numiſmatis* author: quid enim aliud fœmur pedeſque nudi ac detecti notare videntur, niſi celeres externorum negotiorum expeditiones, quarum pedes, quibus in hunc finem à natura inſtitutis ad progrediendum utimur, Hieroglyphicum ſunt; nè verò memo-



*Pedes & femora partim tecta, partim detecta quid?*

Digitized by Google

moratæ negotiorum expeditiones temerè & cum inconſiderata quadam præcipitantia inconſultis prudentiæ regulis conficerentur, appoſitè ſanè ſiniſtrum fæmur pedemque viraginis tectum eſſe voluit; per nudos verò pedes qui veſtimenti collectâ fimbriâ in faſcem contortâ veluti ſtringuntur, celeriorem Principum impetum in negotiis publicis inconſultâ prudentiæ regulâ decidendis, nonnihil cohibendum eſſe innui videtur, juxta illud; σπεῦδε βραδέως, *feſtina lentè*; uti verò negotiorum Regiorum moles prægrandis eſt, & multis difficultatibus intricata, ita quoque multiplici virtutum ſubſidio Principem ſapientem inſtructum eſſe oportet; quæ haud incongruè per veſtimenti ad pedes uſque protenſi & multiplici plicarum ſerie diſtinctos ordines, ad publica negotia per pedes ſignificata, ritè adminiſtranda, indigitantur, ſuntque illæ, quas Divus Ambroſius in epiſtola ad Simplic. Sapienti præſcribit hiſce verbis: *Sapiens, ſcilicet Princeps, non metu frangitur, nec poteſtate mutatur, non attollitur proſperis, triſtibus non mergitur; ubi enim ſapientia, ibi virtus animi, ibi conſtantia & fortitudo.* Et alibi: *Sapientis eſt, nihil per oſtentationem fingere, ſenſum verbis aperire, vera ut ſunt diligere, falſa devitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare quàm facere, nullam injuriæ ultionem quærere, juſtitiam perfectam omnibus adminiſtrare:* eccè virtutes aptè Regi ad rerum adminiſtrationem neceſſarias; quæ quidem ſcitè per ſtriatas fimbrias ſignificantur, non ſecus ac magnus quondam *Hebræorum* Sacerdos, oræ ſacerdotalis amictus 365. tot tintinabula, quot in anno dies, affixa gerebat, quo monſtrabatur, nullum totius anni diem præterire debere, quo non vario hoc boni exempli ſono, & populos, & unà ſe ad divinarum Laudum, virtutumque ſtudium excitaret. Sed hæc de Viraginis ſymbolis dicta ſufficiant.

*Cohibitio impetus in Principe.*

S. Ambroſius.

*Striata fimbria.*

*Sacerdotis magni apud* Hebræos *veſtitus myſticus.*

## §. II.

### *Olivæ Symbolica expoſitio.*

*Oliva quod Symbolum,*

Exprimitur inter cætera in *Numiſmate* Olivæ Arbor, quæ cum Pacis & Victoriæ ſymbolum ſit, aptè ſanè Sapientem Principem, pacis in ſuo Regno conſervandæ quàm ſtudioſiſ-



ſimum eſſe debere, oſtendit: Oliva enim reliquas inter plantas ſuo decore conſpicua perenni foliorum viriditate triumphat, certantiumque capiti haud vulgaria, ad vigorem animique robur concitandum, ornamenta ſuggerit; in victoriæ quippè ſignum, nobilem ultrò vincentibus coronam contexere venerabilis conſuevit Antiquitas. In Olympiacis certaminibus, Victoribus ex olivarum ſertis coronas datas fuiſſe,

*Oliva decor.*

*Pacis & Victoriæ Symbolum.*

*Pau-*

Digitized by Google

*Pauſanias* author eſt. Apud *Romanos*, *Plinio* teſte, qui minores, quos *Ovationes* vocabant, triumphos meruiſſent olearum corollis redimebantur; vel ab ipſo *Hercule* ad iſtud tempus deducta conſuetudine; Quin & Diis quondam, quas quiſque in ſua tutela eſſe vellet arbores concertantibus. Quercus *Iovi*; *Veneri* Myrtus; *Phœbo* Laurus; *Cibeli* Pinus; *Herculi* (Populus *alta comas*) placuit; *Minerva* relictis ſterilibus & infrugiferis plantis, omnium humanæ neceſſitati maximè neceſſariam Olivam ſibi elegit; juxta illud Alciati. Plinius. Planta Diis conſecrata.

*Quercus amica* Jovi, *potitur* Pallas *Oliva*
*Hujus enim fructus dulcis & umbra placet.*

His igitur præmiſſis, jam quid Author *Numiſmatis* hac arbore intenderit videamus. Diximus Olivam Victoriæ Symbolum fuiſſe, & conſequenter, Victoriæ Symbolum, ex qua pax conſequi ſolet, uti ex Columba Noëmica virentem oleæ ramum gerente (quem omnes paſſim ferè Sacræ Scripturæ Interpretes, Pacis Symbolum dicunt) patet. Argutè itaque Sapientiæ Ideæ Viragini, olivam appoſuit, ut eâ innueret, Sapientem Principem, ſuo in Imperio & Regno, præ omnibus pacificum eſſe debere, id eſt, Pacis & Concordiæ amatorem. Nam ut rectè Cicero; *Nomen pacis dulce eſt*, & *res ipſa Reipublicæ ſalutaris*; *Pax eſt tranquilla libertas, nam nec privatos focos, neque publicas leges, neque libertatis jura cara habere poteſt Princeps, quem diſcordia, quem civium cædes, quem bellum civile delectat, eumque ex numero hominum ejiciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto.* Habes itaque rationem, cur pax Principi tantoperè neceſſaria ſit; quam aptè ſanè Tertull. l. 6. deſcribit. Oliva ramus in ore Columba Noëmi. Cicero.

*Intereà pax arva colit, pax candida primum*
*Duxit araturos ſub juga curva boves.*
*Pax aluit vites, & ſuccos condidit uvæ,*
*Funderet ut gnato teſta paterna merum.*
*Pace vident, vomerque vigent, ac triſtia duri*
*Militis in tenebris occupat arma ſitus.*

Jam videamus, quibus naturæ dotibus oliva inſtructa ſit, ut ex iis juxta quandam, veluti analogiam Princeps ſapiens virtutes paci comparandæ aptas animo ſuo, id eſt, Agro mentis implantare queat.

*Proprietates Olivæ.* 1. Oliva virore ſemper gaudet; Principem ſemper eodem animi vigore tum in ſeipſo, tum erga ſubditos eſſe decet, ſervata perpetua legum ad exactam juſtitiæ normam conditarum, conſtantiâ nihil in iis mutandum, quod populo aut indignationem, aut mentium à Principe abalienationem cauſari poſſit; quod fit, ſi publicum bonum ſemper privato anteponat, ſi in ſeipſo pacis ſtudium componere & diſſonos animi affectus ad conſonum reducere ſtudeat.

*2. Utilitas.* 2. Oliva reciſa non perit, ſemper novos & novos germinum ſtolones producit, ut appoſitè ſanè Poëta canit:

*Quin & caudicibus ſectis mirabile dictu*
*Truditur è ſicco radix oleagina ligno.*

Quo innuitur, nullo Principem ſapientem infelici rerum ſucceſſu turbari, quin verò bellorum turbine concuſſo, omni conatu procurare debere, ut nova ſemper & novâ culturâ ſubditis bellorum incommodo attritis ſubveniat, damnis quæ incurrerunt, bonorum inſtauratione conſulat; atque hoc pacto exciſam olivam ſuæ fœcunditati tranquilla pace fruituris reſtituet.

*3. Proprietas.* 3. Oliva ex amaris fructibus preſſis dulciſſimum ſalutiferumque liquorem producit. Sapientis Principis eſt, curâ pater-

Digitized by Google

paternâ & vigilantia calamitatum acerbitatem in dulciſſimum pacis ſtatum reducere; quod fiet, ſi ſubditis de neceſſariis provideat, charitatis viſcera expandat, afflictos conſolatione animet, rigore in oleagineam quandam manſuetudinem relevato foveat; atque hoc pacto ſubditorum vulnera affuſo benignitatis & clementiæ oleo ſanet; eritque juxta *Oſeæ* vaticinium quaſi oliva gloriæ ejus.

Vides igitur olivam non ſolum pacis, teſte Divo *Ambroſio c. 19. de Arca Noë*, ſed & Miſericordiæ ſymbolum eſſe, vel ex ipſo Græco nomine ἐλαιος, patet, quod & olivam & miſericordiam uno nomine comprehendit, de quo multa pulchra & arguta Divus *Gregorius Homil.* 20. *in Euangel.* adducit: quin & D. *Auguſtin. c.* 1. *Joannis*, fructus olivæ charitatis ſignum his verbis docet: *Sicuti enim oleum nullo humore premitur, ſed diruptis omnibus exilit & ſupereminet, ita charitas non poteſt premi ad ima, ſed neceſſe eſt, ut ad ſuprema emineat.* In cæmiteriis ſubterraneis *Romæ* ramis olivarum, qui paſſim parietibus depicti videntur, nil frequentius eſt, ut videlicet Pacis, Victoriæ, Charitatis, & Miſericordiæ ſymbolis ante oculos expanſis, ad harum virtutum exercitium continua meditatione veteres Chriſtiani animarentur. Quæ virtutes cum ſapientis Principis propriæ ſint, rectè oleam ſapientiæ typo junxit, veluti quandam virtuoſam Principis ideam. Nunc ad alia.

*Miſericordia Symbolum.*

*D. Gregorius. Auguſt.*

*In cæmiteriis Romanis Oliva Symbolum ſpectatur.*

## §. III.

### *Lyræ Olivæ appoſita ſymbolica expoſitio.*

*Numiſmatis* Author, Olivæ, eleganti ſanè fictione, Orphaicam Lyram appoſuit, ut oſtenderet, virtutes ſub Olivæ proprietatibus analogicè expreſſas, ſapienti Principi minimè ſufficere, niſi eam in perfectam harmoniam,

*Lyra quid notet?*




cujus Lyra Symbolum eſt, coaptare norit, ad eum ferè modum, quò harmonicis modorum intervallis Mundus conſtitutus eſt. *Harmonia quid?* Eſt autem Harmonia proportio quædam, qua gravia acutis, diſſona conſonis, media imis ſummiſque adeò miris vinculis ab artifice coaptantur concordanturque, ut inde ſuaviſſimam auribus ſymphoniam educant; Neque enim ſola conſona, neque ſola gravia, aut acuta ſonorum intervalla gratam exhibent concentus & ſymphoniæ deſideratam dulcedinem, ſed artificioſa diſſonorum cum conſonis commiſtio & colligatio; ut in D. Auguſt. noſtra *Muſurgia* ex profeſſo docuimus. Nam ut rectè D. Auguſtinus. *Ordinem ſæculorum tanquam pulcherrimum carmen quibusdam antithetis cohoneſtavit Deus, ut indè mirifica harmonia naſcatur; ſicuti enim contraria contrariis oppoſita ſermonis pulchritudinem reddunt, ita quadam non verborum, ſed rerum eloquentiâ contrariorum oppoſitione ſæculi pulchritudo componitur.* Quidnam autem hæc contrariorum miſcella ſibi velit, allegorico *Quid Heptachordum Orphaicum.* quodam conceptu pulchrè per Lyram ἑπτάχορδον expoſuit Author: ſeptem chordis, ad ſeptem Planetarum curſus, quibus Mundus in harmonico ſtatu conſervatur, id eſt, ſeptem virtutibus neceſſariis prudentis Principis Lyram inſtructam eſſe docet; in hoc enim virtutum cœleſtium harmoniam imitabitur, quâ intervallis conjunctis imparibus, ſed tamen pro rata proportione diſtinctis, impulſu & motu orbium, mirabilis ille Mundi concentus efficitur, & allegorico quodam motu Principis animus in varias virtutum formas

coapta-

coaptatur. Nam ut rectè quidam Licentius à *Sixto in Bibl.* relatus: Supremus enim rerum humanarum choragus.

> *Aptavit numeros Cœlis juſſitque ſonoros*
> *Exercere modos, parilesque agitare choreas,*
> *Quæ cernens ſapiens ſibi concordare ſtudebit,*
> *Sicque Deo dulces reddet virtutibus hymnos.*

Rectè igitur Principis Imperium Regnumque harmonicum eſſe debere, Lyrâ indigitatur.

*Regnum ut perſiſtat harmonicum eſſe debet.*

Quicunque igitur Princeps gubernationem ſuam harmonicè juxta dicta attemperare ſtatuerit, is procul dubio, omnibus diſſonantiis ſublatis perpetuam felicitatem aſſecutus dici poterit. Quod quidem temperamentum nihil aliud eſt, quam medietas illa harmonica inter utrumque enorme veluti mediatrix quædam. Viſa eſt hanc ipſa ſagaciſſima natura agnoviſſe, dum ſingulis rerum claſſibus media quædam interjicit; Singula ſingulis per hujusmodi media veluti vinculis quibuſdam, ut ordo rerum harmonicus conſervaretur, connectens; medio enim ſublato, jam totius harmoniæ decor, ut pereat, neceſſe eſt. Hic enim quemadmodum in humana fabrica quoties fatiſcente ſpiritu naturali, & animalis deficit, horumque conſenſu mox & vitalis tertius, aut ex corde afficitur cerebrum, ex cerebro hepar aut ventriculus perturbatur; Hinc inter Medicos, varii varia conſulentes, alii in caput mali conjiciunt cauſam, alii in ventrem, hepar, uterum aut lienem: cum interim ſit unus effectus propter humorum duntaxat partiumque ſympathiam multiplex, unde & illi continui defluxionum atque exhalationum circuli extremam minantur ruinam, niſi & medicamentis pluribus in unitatem comparatis, & uni toti & promiſcuè partibus ſingulis conſulatur. Ita nimirum in civitate, ſi quisque ſolum ſe ſapere putet, ſi ſibi conſulat ſoli, & ſecum agi feliciter cen-

*Medietas harmonica tenenda, juxta naturæ prototypon.*

*Medicorum regula.*

*Applicatio ad regimen politicum.*

cenſeat, res ubi privatas in portu collocârit, fato interim communiore venturam procul perniciem non animadvertat; quodque, vel ex inflammato digito pedis ſubindè accenſa febri, & cordis præcipuum viſcus laboret, ex oculo incenſo cerebrum inflammetur, ex Solis defectu Lunæque elementa turbentur; hujusmodi verò conſenſus primaria vincula ſunt, ipſa religio, juſtitiæ leges & rerum omnium pro cujuſque ſtatu vel ordine ſumma mediocritas. Modus autem, quo res diſperſæ civium in unitatem denuò redigantur, primus eſt per illas naturæ communiſſimas leges, deinde civiles & municipales primorum aſſeclas; Accedunt hiſce Medicinæ, Juriſprudentiæ atque Theologiæ practicæ, juxta connexum illum perpetuum animorum, corporis atque fortunæ ferè communes leges, atque ab origine nobis inſitæ notiones, quarum intuitu particulares canones fabricantur, cujuſmodi ſunt ſequentes: *Non aufertur effectus non ablatâ cauſâ. Actus omnis intemperantiæ & ἀκρασίας, vel in adſtrictione nimia, vel fluore verſantur, vel in exceſſu defectu nimio. Contraria contrariis curantur. Similia ſimilibus conſervantur. Parva incendia magnas vires neglecta ſæpè aſſumere, & ideò malorum principiis occurrendum. Turpe reſcindendum, ne pars ſincera trahatur. Extremis morbis extrema media adhibenda. Nullum violentum perpetuum. Moderatè durare omnem mutationem ſubitam ad contraria maximè periculoſum.* Hæc & ſexcenta ſimilia in monumentis veterum extant. Quæ conſiderare Principis eſt non circumſpecti tantum, ſed & ſupra omnem affectionem penitus conſtituti, quique inſtar Herois Semidei ſupra elementarem ſortem & Sublunares turbines afflictis rebus turbatiſque paſſim conſulat, ipſe in tranquillis poſitus extra anni Soliſque vias neque amore privati boni, neque unius odio vel alterius, vel vindictæ ſtudio propter offenſam levem, in civitate aut Regno

*Quibus firmetur regnum?*

*Axiomata politica.*

*Princeps imperturbabilis.*

Digitized by Google

Regno quippiam inſtituat, quod vel ab æquitatis lege publica, vel clementiæ moderatione recedat: uno enim inconveniente dato, plurima conſequuntur; eadem paſſim finis eſt ratio, eorumque quæ ad finem diriguntur. Sunt autem & ſpes & metus tyranni potentiſſimi, teſte *Luciano*, quibus ferè ſubjicitur Orbis hic univerſus, quibus omnis calamitas primùm, omniſque concuſſæ calamitatis cardo verſatur: Nam horum impulſu ipſa diſſolvitur unitas in multitudinem, conſenſus in diſſenſum, conſona vertuntur in diſſona: rerum omnium infandæ ſunt viciſſitudines, Legum judiciorumque plurimæ corruptelæ, & ex privati quæſtus & commodi ſtudio calamitates publicæ, præſertim, ſi à capite, vel à præcipuis viſceribus morbus incipiat; fitque poſtremò, ut qui vel *Aſiæ* totius, vel *Europæ*, vel *Africæ* Victores olim ſunt celebrati, *Pompei*, *M. Antonii*, *Sillæ*, *Nerones*, ſimileſque intercutaneis tamen diſſidiis miſerrimè afflicti, & ab hoſte domeſtico obſeſſi graviter, ſeipſos vincere non potuerunt: evecti ſubitò, infelicitatis apice veluti collocati, poſtquam ſui amplius non meminerunt, delapſi turpiter, & citius quàm conſcenderant, vitam deinceps miſerrimè in tenebris luctuque traxerunt finieruntque.

*Spes & metus Tyranni.*

*Romanorum Principum infelix exitus.*

Vides igitur, quàm pulchrè per Lyram Olivæ appoſitam pacifici & prudentis Principis ſtatum in harmonico ſtatu conſervandum deſcripſerit. Concludimus tandem cum ſequenti hexaſticho, quo harmonici Principatus effectus ſcitè deſcribuntur.

*Orphaicæ ad Strepitum Cytharæ genus omne ferarum,*
*Et volucrum placidè concinuiſſe ferunt.*
*Agna Lupum haud timuit, Leporem fovere Moloſſi,*
*Inter & Accipitres tuta Columba fuit.*

E *Diſcordes*

Digitized by Google

*Diſcordes animos & agreſtia pectora nodo*
*Molliit, & partes traxit ad uſque ſuas.*

Sed jam è crebris voluminibus ſe evolventem ſerpentem, nec non erecto capite contra viraginem aliquid veluti molientem, evolvamus.

## §. IV.

*Serpentis tortuoſi Lyræ aſsiſtentis ſymbolica expoſitio.*

*Serpens voluminibus contortus quid?*

Serpens apud Mythologos & Hieromantas Ægyptios, varias ſignificationes obtinet; quæ tamen non facile niſi ex varia



ſerpentis forma, ſitu, proprietate, actione, cognoſcuntur. Nos Lectorem ad ea, quæ in *Hieroglyphicis* noſtris *operibus* quàm fuſiſſimè de Serpentis ſignificationibus adduximus, relegantes; quid hoc loco in cyclica volumina contortus ſerpens, quid erecto capite ſibi velit, exponemus.

*Fraudis & doli architectum notat.*

Serpens in gyros varios circumvolutus, primò varias malignantis naturæ hominum in Aula Principum verſantium clandeſtinas artes & technas ſignificat, quorum nonnulli variis occultiſque politicæ gyris in animum Principis ſeſe aſtutiâ pluſquam vulpina inſinuantes, Leges Chriſtianæ Reipublicæ pernicioſas dictant, adulationibus mentem Principis inflant, & ad pernicioſam jactûs aleæ reſolutionem tandem eò deducunt, ut Principis juſtitia in tyrannidem, manſuetudo & benignitas in crudelitatem, liberalitas & munificentia in conclamatam avaritiæ turpitudinem, temperantia in propudioſum tandem luxuriæ monſtrum degeneret; quæ aliud non ſunt,

*Adulatio fraudulenta quanta mala adferat,*

ſunt, quàm diſſidiorum, rebellionum, Regnorumque in ruinam vergentium ſeminaria. Quidam invidiæ & livoris æſtro perculſi, vel ob negatam iis à Principe gratiam, vel ob officium quodpiam in Aula quod ipſi prætenderant, aliis conceſſum, vel denique ob à nonnemine contumeliam acceptam ex injuria, veluti inſanæ mentis æſtro agitati proditiones movent, cives ad rebellionem ſollicitant, jura Regni legeſque conculcant, ſimiliaque conjurationis ſcelera ſummo Reipublicæ periculo moliuntur. Quos elegantibus ſanè verbis Petrus Chryſologus. Hom. ſub ſerpentis protoplaſtorum aſtutia deſcribit. *Vidit*, inquit, *Sathanas in ſerpentem transformatus firmitatem fidei ſtabilitatemque, vidit eam dogmatum pietate ſeptam, vidit eam bonorum operum fructibus abundantem, vidit & invidit erecto ſerpentino capite inſurgens rabie furoris exarſit, ut ſcinderet. concordiam, convelleret charitatem, diſſolveret pacem.* His enim tota Regni harmonia, quàm Princeps tanto ſtudio politicæ Lyræ modulamine concinnârat, ruit, rerum publicarum concordia diſſipatur, ſuſque deque vertuntur omnia. Ab his itaque falſis politicorum perſuaſionibus Principem ſibi cavendum indicat, & ſapientis viraginis in numiſmate actus, quo manu fimbriam veſtimenti collectam ſerpentis molimina ſibi adblandientis objectam quaſi indignabunda abigere, neque aures illi præbere videtur; Atque hoc pacto pererudito ſanè emblemate Principi contra hujusmodi hominum monſtra, ac Reipublicæ peſtes remedia præſcribit; quæ haud incongrue in ſuis Odis proſequitur Joannes Baptiſta Pittonius.

*Invidia peſtis in aulis.*

*Petrus Chryſologus.*

*Le velenoſe lingue, invide e preſte*
*Come ſerpi a vibrare il foſco furore*
*Indarno ſono e la vertu moleſte*
*E cercan d'oſcurar l'altrui ſplendore*

 *Queſte*

Digitized by Google

*Queſte al chiaro canal furon infeſte*
*Mà l'invidia non puo contra il valore*
*Che egli divenne ogni hor piu ſaggio e forte*
*E per giovar a noi non corſe altra morte.*

Quæ omnia pulchrè ſanè *Ægyptii* nobis ob oculos ponunt per actiones *Oſiridis*, *Typhonis*, *Iſidis*, *Hori*. Per *Oſiridem* ſapientis Regis animum, quem ſemper ad Regni felicitatem attentum habet, innuunt; Per *Typhonem*, Tyrannum immanitate & belluina quadam atrocitate per fas & nefas ſibi Regnum arrogantem, innuebant, undè illum veluti monſtrum immane, nec non ſerpentinis pedibus manibuſque formidandum, qui ex ore perpetuos flammarum globos evomeret, exprimebant. Per *Iſidem* verò, Sapientis animi ideam, & per *Horum* Regnum variis hoſtium Tyrannorumque inſidiis impetitum notabant. Sed jam hæc explicemus.

*Oſiris* ſceptro in formam oculi concinnato ſublimis, Architectonicus Regis cujuſpiam omni virtutum genere inſtructiſſimi intellectus, ſive ratio eſt; cujus bonitate, juſtitiâ, pietate, ſollicitudine & religione, Regnum omni felicitate compleatur. *Typhone* verò contra, Rex notatur tyrannus, cujus pro ratione voluntas, juſtitiæ deſertor, Regni inverſor iniquus, propriorum commodorum amator, ſubditorum oppreſſor, ſanguinum dipſas, totius iniquitatis officina; cujus ambitione, libidine, avaritiâ ſuſque deque ferantur omnia, quique tandem convulſis juſtitiæ fundamentis, vaſtatiſque Religionis propugnaculis, imperium in ultimum deducat exitium. Huic ſe *Iſis* uxor *Oſiridis*, id eſt, providentia, ſive provida voluntas, ſeu prudens in omnibus progreſſus ſummâ curâ & vigilantia, & labore inde-

indefeſſo, ardente boni communis deſiderio opponit; cujus perſpicaci dictamine omnia Regia munia & miniſteria rectè diſponuntur, Typhoniæ machinationes explorantur, tumultus & ſeditiones civiles *Typhonis* malignitate obortæ maturè ſupprimuntur, atque extinguuntur. Quibus quidem ſic prudenter conſtitutus, mirum non eſt, naſci *Horum*, pulchram illam politici Mundi harmoniam; quæ uti eſt ordinis diſciplina, rerum amuſſis, actionum humanarum baſis, conſervationis mundanæ fulcimentum; ità, dum clementiam juſtitiæ pietatem fortitudini, modeſtiam magnanimitati nectit, hoc idem præſtare videtur in Mundo politico, quod in univerſi adminiſtratione Author Naturæ Deus, dum mala bonis, conſona diſſonis, ſumma proportione temperat. Hinc *Typhonem* ab *Horo* filio captum, non quidem omninò liberum dimiſit *Iſis*, apprimè gnara, quantum adverſarii alicujus zelus, Principis acuat ingenium, ad ſe quovis modo, contra technas & callidas artes adverſæ partis defendendum.

Vidimus, quid quantumque Sapiens Princeps in rectè feliciterque gubernandi arte præſtare, quibus emolumentis ſtatum ſuum, per ſymbola *Numiſmatis*, ingenioſa alluſione indigitatum ſtabilire debeat. Modò reſtat, ut ſymbolicæ adaptationis lectionem paucis verbis ad clariorem rerum notitiam proponamus, ut quàm idea ideato ſymbolorum contextui correſpondeat, luculenter Lectori pateſiat.



Digitized by Google

## §. V.

*Ideæ Sapientis Principis ἀνακεφαλαίωσις.*

*Quâ* Numiſmatis Author *Documenta politica ſub allegorico quodam ſymbolorum contextu involuta, modò ab obſcuritate evoluta, Principi ſervanda; apertis verbis præſcribit; ut ſequitur.*

Quicunque ad gentes populoſque gubernandos Divinæ providentiæ diſpoſitione extollitur, huic quàm maxime competit, ante omnia ſapientiæ regnandi ideam ſibi oculis menteque præfigat; ac primò quidem timore Dei, quod initium eſt ſapientiæ, inſtructus eſſe debet, deindè occultorum conſiliorum ſilentium omni ſtudio excolat, omni rigore & crudelitate abjectâ, viragineum animum, nec rigore aſperum, nec blandimentis mollem induat; juxta illud Proverbiorum: (*Reſponſio mollis frangit iram, ſermo durus ſuſcitat furorem.*) Sciat arcana mentis ſuæ conſilia ita detegere, ut tamen opportunè quoque & dextrè ea ſic tegere norit, ut præter ſeipſum, nulli niſi forſan fidei juramento adſtrictis, in abdita mentis ſuæ penetralia aditum pandat; pravos intercurrentium conſuetudinum abuſus per ἐπιείκειαν prudenti diſſimulatione ita permittat, ut tamen vitiorum exceſſum data opportunitate ad mediocritatem reducat. In actionibus externis, negotiiſque expediendis ſit, ſine præcipitantia, tamen celer, at juxta Solonis præceptum: σπεῦδε βραδέως, id eſt, *lentè feſtinus*; matura deliberatione, quid amplectendum, quid fugiendum; quid admittendum, quid omittendum; quid profuturum, quid obfuturum decernat. Virtutibus ad hoc obtinendum congruis inſtructus ſit. Pacis in Regno ſuo

ſuo procurandæ ſummo ſtudio incumbat, quam obtinebit, ſi juxta harmonicas Mundi rationes architectonicum Dei intellectum ſecutus, eam maximâ curâ & ſollicitudine per Legum ſalubrium ſtatuta excoluerit; Serpentina capita, perverſa politicorum dictamina peſtifero veneno conferta, cane pejus & angue execretur deteſteturque; Adulatores, lividos & detractores profliget, & quoſque clandeſtinis machinis, proditionumque enormi ſcelere obnoxios repererit, tanquam Reipublicæ peſtes etiam è medio tollat, ſolius gloriæ Divinæ honori propagando intentus.

Atque hæc eſt ſapientis Principis idea à Nobiliſſimo HONORATO JOANNIO, in hoc *Numiſmate* ingenioſa Tropologia expreſſa, quam quicunque Princeps ſectatus fuerit, næ veluti conſortio filiorum Dei junctam, tutam, tranquillamque nullis perturbationibus obnoxiam in Regno ſuo vitam immortali laude confertam, peracturum nihil dubito.

Hanc itaque, uti eſt in Proverbiorum libro, *Sapientiam poſſide, arripe eam, & exaltabit te, glorificaberis ab ea, ſi eam fueris amplexatus, dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclita proteget te.* &c.

## §. VI.
## *SPE FINIS.*




Ultimum hujus Symbolici ſyntagmatis eſt Abacus quadratus, hiſce verbis inſignitus: SPE FINIS. Quibus ſubobſcurè ſignificat *Author*, Quid ſperandum ſit, id finem ſive exitum demonſtraturum; cum enim humanarum rerum diſpoſitiones incertæ ſint & timidæ, neque quiſpiam

piam etiam ſapientiſſimus noſſe queat, utrum benè feliciterque ceptarum virtutum ſtatus duraturus ſit; Nam ut rectè Sapiens Proverb. c.9. v.13. *Quis hominum poterit ſcire conſilium Dei, aut quis poterit cogitare, quid velit Deus, cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ providentiæ noſtræ.* Sapiens ſe ſpe firmat, fiducia animat, mentem toto conatu ad bonorum in æterna beatitudine conſequendorum excellentiam erigit; Nam ut rectè Euripedes: ἐν ἐλπίζειν χρὴ τοὺς σοφοὺς ἔχειν βίον; *Sapientibus vita ſpe confirmanda.* Undè primo abacus ille coronâ, quæ ex angulo dependet, ſignatur; corona, victoriæ ſymbolum eſt, quâ non potitur, niſi qui legitimè teſte *Apoſtolo*, certaverit; potietur autem eâ, qui vitam juxta ſymbolorum paulò antè expoſitorum documenta rectè & ſapienter, quicunque tandem ille fuerit Regnorum dominator, tranſegerit; juxta illud Apoſtoli: *Curſum conſummavi, fidem ſervavi, in reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die juſtus Judex.* Hinc in catacumbis Romanis vix ſepulchrum videas, cui coronæ non appictæ ſpectentur, queis veteres Chriſtiani ſepulcra Martyrum adeuntes eorum ex hoc Mundo exitum victoriâ & triumpho glorioſum indicabant. Quod & in hoc abaco ſcitè ſanè innuit hæc epigraphe SPE FINIS. id eſt, coronæ; *finis* enim *coronat opus*, uti dici ſolet, & victoria ſine laboribus & pugnis obtineri non poteſt; unde hæc epigraphe SPE FINIS, haud incongruè quadrato ſeu cubo inſcripta videtur, ut ſignificaretur, ſpem ſapientis non inſtabilem & fluctuantem, ſed firmam ſolidamque eſſe debere, cujus quadratum ſive cubus apud omnes emblematicæ doctrinæ Magiſtros ſymbolum reperitur; ſiquidem *ſpe finis* victoriæ, gloriæ, ſpoliorumque, poſthabito omni vitæ periculo Milites ſe pugnis & atrociſſimis præliis committunt; Mercatores ultimos Mundi ter-

Digitized by Google

terminos adeuntes feris Oceani gurgitibus *ſpe finis*, divitiarum accumulandarum cum vitæ bonorumque jactura, ſeſe exponunt; Quid non agunt ambitioſi tumoris æſtro perciti, ut *ſpe finis* honorum dignitatumque titulos conſequantur; Quid libidinis monſtra, ut *ſpe finis* rei amatæ pulchritudine potiantur. Aliter *ſpe finis* laborant Sapientes, oculis mentis in æternorum bonorum fœlicitatem conjectis, non in tranſitoriis, caducis, perituriſque Mundi voluptatibus cor ſuum figunt, ſed *ſpe finis*, ſeu coronæ beatæ immortalitatis, quæ totius ſapientiæ, quam unicè in vita colunt, meta & ultimus terminus eſt, mentem in omnibus operibus ſuis erectam habent; hanc contemplantur perpetuo, hanc unicum laborum exanthlatorum bravium exſpectant.

Atque hoc eſt, quod *Author* hâc inſcriptione indicare voluit. Atque adeò aliud nihil, niſi primo bonum publicum & Regni fœlicitatem per ſapientiæ ſtudium acquiſitam *ſpe finis* ſignat: quam ego per acroſtychidis luſum ità interpretor.

SPE FINIS.

Quæ eſt

| | | |
|---|---|---|
| *Sapientiæ* | *Partæ* | *Eductio* |
| *Salutis* | *Patriæ* | *Erectio* |
| *Supernæ* | *Pacis* | *Electio* |
| *Salutis* | *Publicæ* | *Exaltatio* |
| *Semitæ* | *Pacis æternæ* | *Exoptatio* |
| *Secularis* | *Perturbationis* | *Evitatio* |
| *Scelerum* | *Publicorum* | *Exterminatio* |
| *Supracœleſtis* | *Paradiſi* | *Exſpectatio* |
| *Splendoris* | *Patriæ Cœleſtis* | *Excellentia.* |

*FINIS.*



Digitized by Google

## CAPUT VII.

### *Privata præcepta Principi præſcripta.*

HOnoratus poſtquam ideales ſuos conceptus in præcedentibus expoſuiſſet, modò ex magni nominis Authoribus præcepta, ſeu monita, quæ ad privatam Principis cujuſpiam perſonam inſtruendam pertinent, præſcribit; & ſunt, quæ ſequuntur.

Auguſti *Cæſaris dictamina.*

*Auguſtum* Cæſarem tres de Regno Libros ſcripſiſſe *Dion* tradit: In his primum præceptum Regi, ut *Deos colat atque veneretur*: quos ſi quis impunè præterire poſſe putat, is eos aut pravos, aut ſtultos opinatur. Deinde *homines curet atque amet*, ſi & ipſe redamari cupiat. Nam veriſimile non eſt nec natura patitur, diligentem non diligi, cum videamus canes equosque, magiſtros, curatoresque ſuos circumludere, eiſque blandiri. Poſt hæc *labores amplectatur, ſpernatque voluptatem*, quæ inter cœtera mala poſſidentem ſe non diù perfrui ſinit. At labor diutius laborantem ſuſtinet atque adjuvat. *Milites Commilitones appellet*, hominumque ſe magis patrem, & paſtorem, quam Dominum vocet. *Domini appellationem non ſolum inter liberos, ſed etiam inter ſervos fugiendam cenſeat. Seſe magis multitudinis naturæ, quam ſuæ accommodet.* Prætereà *liberalitate præditus exiſtat*, nec vereatur benignè faciendo ſibi defuturum aliquid: cum ea ſit conditio donantis, ut magis gaudeat, quam qui accipit. Præter omnia ſit *veritatis ac ſimplicitatis amicus*, eamque uti regiam virtutem conſectetur. *Aſtutiam verò ac fraudem, uti ſervilia putet*: Nam vilia animalia, ea potiſſimè ſunt, quæ inſidiantur. *Laborantium circa ſe hominum præſertim militum rationem habeat. Ad bellum omni tempore paratus exiſtat*; ſic enim ipſius in ſua magis fuerit poteſtate.

*Plato*

Digitized by Google

*Plato in Critone* Regnum probat unum totius orbis ad Dei ſimilitudinem, ità tamen, ut in aliis locis dicat. Senatus authoritas ad conſilium adhibeatur. Ratio, quoniam nulla eſſent bella, nulli tumultus, dum unus omnium potiretur. Debet & paſtoris modo præeſſe: ſicuti apud *Homerum* ſcribitur, qui vocat *Agamemnonem* ποιμένα λαῶν, id eſt, *paſtorem populorum*. Nam & mitem, & ferè æqualem civibus ſe præbere debet, tantum juſtitiâ ac prudentiâ ſuperiorem. Quod ſi quis reperitur hujuſmodi, etiam ſi privatus ſit, à Deo eſt Rex conſtitutus: Nam non populus cauſa gubernatoris ſed contra gubernatôr cauſa populi fit. Præterea uti bonus Muſicus debet in Republica cives inſtituere, ut inter modeſtiam, fortitudinemque quandam ſervent mediocritatem, veluti acuti, graviſque nervi concentum ſimul commixtum, ac contemperatum, ut nè per nimiam modeſtiam imbelles adeò reddantur, ut quum opus fuerit, patriam viribus, & audaciâ non poſſint defendere, & ne rurſus adeò audaces, ut pacis ſtatum ferocitate perturbent. Plato.

*Ariſtoteles in Politicis* etiam ex omni Republica Monarchiam probare videtur, adhibito Senatu. Ariſtoteles.

*Iſocrates* Orator vitam privatam ac principis duabus orationibus eleganter expreſſit, *ad Demonicum*, & *Nicoclem Regem*. Ex hac ultima hujuſmodi ſunt verba converſa: *Amicos tibi delige, non omnes, ſed nec cum quibus voluptaria, ſed optima Regni perficias. Tales præpone negotiis, quæ ipſe non cognoſcis, ut pro eis, quæ illi gerunt, ſis redditurus rationem. Fidos puta non eos, qui tibi blandiuntur, ſed qui caſtigant. Da ſapientibus loquendi libertatem de his, quæ ipſe ignoras. Diſcrimen habe eorum, qui tibi cum benevolentia obtemperant, plus quàm qui cum adulatione, ne plus improbi à te ferant, quàm boni. Ama eos homines non qui in publico cum timore obtemperant tibi, ſed qui privatim* Iſocrates.

*vatim ſecum tuum magis animum, quàm fortunam admirantur. Sis exemplo modeſtiæ cæteris; Nam* τὸ τῆς πολέως ἦθος ὁμοιοῦται τοῖς ἄρχουσι, *id eſt, Principibus ſimilis eſt mos civitatis.* Quam Plato ſententiam expreſſit: *Tales ſolent eſſe cives quales in Republica Principes.* Hos imitatus Epigrammatiſta:

*Et, Domini mores Cæſarianus habet.*

Proſequitur Iſocrates: *pluris exiſtima bonam famam præ multis divitiis.* Simile & huic Salomonicum: *Melius nomen bonum,*
Salluſtius. *quam divitiæ multæ.* Salluſt. verò non longè ab his: *Divitiarum & formæ gloria fluxa atque fragilis eſt, virtus clara æternaque habetur.* Proſequitur etiam Iſocrates: *Quæ dicis aut recipis te facturum, tanquam rem ſacram obſerva. Amicos tibi benevolentiâ ac liberalitate para. Inimicos animi magnitudine ſubige* ἡγεμὼν ἡδονῶν οὐκ ἀγεμὼν ὑπὸ αὐτῶν. id eſt, *ducas non ducaris à voluptatibus. Ex omni Republic. meliora ad imitandum tibi delige. Nihil iratus facias. Peccata citra merita plecte.*

Xenophon. Xenophon. *Sunt qui putent, Principem ſumptibus, & victu, & lautitiâ præſtare oportere: ego potius eum & prudentiâ & diligentiâ laboreque cæteros antecellere debere exiſtimo.* Idem: *præſtat Regem gratiarum, quàm trophæorum hæreditatem relinquere.*

Diotimus. Diotimus: *Tria Regi oportet eſſe: Religionem, judicium, & exercitum.* Primum, *ad ſe probandum*; ſecundum, *ad ſuos*
Homerus. *continendos*; Tertium, *ad hoſtes propulſandos.* Homerus duo præcipua tribuit Agamemnoni, hoc eſt; ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητὴς.

*Geſsit utrumque bonus Rex, idem & in agmine fortis.*

Quod carmen *Alexander Macedo* ſemper commemorare ſolebat.

Thales.

Thales. *Principis fœlicitas, ut ſenex ſecundum naturam in ſuo lectulo moriatur.* Anacharſis: *Si ſapiens fuerit.* Cleobolus. *Si nihil his qui proximi ſunt, credat.* Chilo: *Si non curaverit timeri.* Pyttacus: *Si ita Subditos diſponat, ut timeant non ipſum, ſed quæ ſunt ex ipſo.* Socrates: *Si ſibi ipſi prius ſciat imperare.* Solon: *Si Monarchiam Democratiæ proximam civibus reddat.* Thales. VII. *Sapientum dicta de Princip.*

*Demetrius Phalareus* hortari ſolebat *Ptolomæum Philadelphum*, ut libros plures de Regno conſcriptos perlegeret, quod in ipſis plura reperiret, quorum amici Reges vererentur admonere. *Cæſar* quoque *Auguſtus*, huic ſimile teſte *Tranquillo*, excogitavit. Ex omnibus enim Authoribus utriuſque linguæ tantùm ea quæ ad Remp. adminiſtrandam pertinerent, excerpere ſolebat. Demetrius Phalareus.

Hæc quidem commemoraſſe non abs re fuerit, ut hi qui quoquo modo præſidentes hominibus deligunt, ſciant, quantum piaculi admittant, quantumvè extremo judicio ſint obnoxii, ſi libidini potius quàm conſcientiæ ſervierint, quum non unum hominem, ſed innumerabiles quandòque populos ſimul cum re Chriſtiana præcipitent.



Digitized by Google

## CAPUT VIII.

# DECAS PARÆNETICA
## Documentorum Politicorum

*Quæ in expoſiti* Numiſmatis *Symbolis implicitè continentur, & oretenus* Philippo II. & Carolo *ejus filio prælecta videntur ab* Honorato Joannio *illius Magiſtro.*

### DOCUMENTUM I.

*Regni alicujus diuturna pax & beatitudo ſemper ſuſpecta eſſe debet.*

ITa humanæ conditioni comparatum eſt, ut nihil ſub ſole firmum, nihil ſtabile, nihil diuturnum nulla tam exactis legibus pax firmata ſit, quæ non tandem ſuæ patiatur beatitudinis naufragium. Docet hoc ipſum *Oſiridis Ægyptiorum* Regnum, totius fœlicitatis exemplar, quod tandem à *Typhone* ſubactum, de ſummo fœlicitatis faſtigio, in ultimam confuſionem deductum fuiſſe, memorant hiſtoriæ; ubi enim ſumma ſine metu pax, ibi neceſſariò ſecuritas; ubi ſecuritas, ibi liberior vivendi licentia; ubi hæc, ibi creſcentibus longa pace bonis mox naſcitur proſperitas, cujus comes luxus eſt; luxus invidiam, veluti lucem umbra ſequitur; invidia, jurgia, diſſidia, perſecutiones ac bella movet; bella tandem, uti ſeditionibus & tumultibus inteſtinis omnia concutiunt, ita ultimum quoque Regno exterminium minitantur. *Typhon* exoritur, qui corpus *Oſiridis* ſive Regnum per ſeditioſorum hominum factiones, veluti in partes diviſum, dum corpus unione ſuâ diſſolvit, illud in pernitioſam multitudinem diſtractum, tandem in ruinam ducit, quam haud dubiè incurreret,

*Ægypti regnum prototypon regnandi.*

*Securitas ſocordiam in regno parat.*

Typhon *allegoricè Tyrannus.*

Digitized by Google

reret, niſi *Iſidis* providentiâ, obortis Regno procellis, maturè conſuleretur; niſi per *Horum* conclamatis penè rebus, conſilio & prudentiâ, media pararentur convenientia, atque ſic Regnum inductâ temperie, ſuæ Harmoniæ, id eſt, *Horo*, reſtitueretur. Intervenientibus in hujuſmodi calamitatibus ut plurimum ſpe & metu, amore & odio, ſicut in calamitate acerbiſſima, tanquam in fundo *Pandoræ* pyxidis ſubindè inſit ardentiſſimus ſpei vigor. Nam uti infortunæ maximis blandimentis, rerumque uberrimo ſtatu ſummus eſt metus, majori interdum afficiens cruciatu, quàm vel ex poſſeſſi perditione dolor afficiat; ità ferè extremum gaudii luctus occupat, & à luctus acerrimi puncto, fœlicitatis auſpicia reducuntur. *Iſis prudentia principiū.* *Horus mundus politicus.*

## DOCUMENTUM II.

*Regni alicujus fœlicitas in harmonico conſiſtit Dominatoris temperamento, ſine quo non niſi ruinam Regni timere debet.*

Porrò tam diù Reſpublica harmonicum ſtatum conſervat, quamdiù membra capiti, hoc eſt, ſubditi Principi, perfectâ concordiâ & pace fuerint confœderata. Tota verò harmonia Imperii, & Reipublicæ mox deſtruitur, ubi diffidentia, diſſidiumque, ubi Religionis mutatio, & animorum contra Principem factiones fuerint exortæ. Si præterea Princeps quoque in Tyrannum degeneret, ſubditorum bonum non quærat, ſi moribus & inclinationi ſubditorum non condeſcendat, ſi luxu, ſuperbiâ & avaritiâ diffluat; ſi juſtitia ſepoſita, omnia promiſcue, & impunita quadam peccandi licentia confundantur; ubi non verè vivitur, ubi quiſque ſuo emolumento bonum metitur publicum; ubi ſalutem propriam alterius duntaxat excidio meditatur, ubi omnis juſtitia torpet, *Diſſidia regnum deſtruunt.* *Peſſimi principis ſigna.*

Digitized by Google

pet, omnis ordo & diſciplina diſcerpitur, fides abrumpitur, laxatur pietas omnis, ubi erga proximum quemque humanitas pluſquam barbarica feritate refrixerit; dum enim unius Reipublicæ membrum, alterum alteri non compatitur, marceſcit totum, atque in tabum diffluit, & ſicuti corpus harmonicum mox deſtruitur, ubi vehemens humorum diſcraſia ſuas habenas laxaverit, ità Reſpublica ubi injuria Regum, morumque peſſimorum conſuetudo inſurrexerit; contrà, uti corpus per animam perficitur, ità Reſpublica per Religionem (loquor autem hìc de verâ illâ, & ſolùm ſalutiferâ Religione Orthodoxâ Catholicâ.) Nam uti anima eſt tota in toto, & tota in quâlibet parte, ità ad harmoniam Reipublicæ conſervandam, Religio una; uni ab omnibus fidei articuli, quos credant, tenendi & obſervandi ſunt; ſine quâ Religione, nec Princeps ſuum officium, nec ſubditi faciunt, ſine eâ nulla Societas, quia nulla fides; non juſtitia, non virtus, ſed fraus, licentia, protervitas, & uno verbo, hominum rerumque omnium naſcitur confuſio; & quemadmodum inter animam & corpus, ità inter Regem & ſubditos inter Principem & populum, ſumma debet eſſe conſpiratio, ſine qua meritò totius civitatis fundamenta, veluti periculoſo fulmine diſcinduntur. Nam quod Regnum tutum, cujus cuſtos populi metus eſt? quæ civitas ſalva, in qua multitudo vi & armis ſuppreſſa vivit? ut igitur Reſpublica perfectè ſibi conſonet, tritonus tollendus, evitandus tritonus cum diapente, diateſſaron cum ſemitonio aut ditono prorſus eradicanda, diapaſon cum diateſſaron, ſimiliaque maximæ diſſonantiæ monſtra omnibus modis fugienda, hoc eſt, diſſidia, tumultus, morum peſſimorum vigor, dictæ Religionis in varias hæreſes diſciſſio, haud quaquam permittenda; fuerunt enim hæc nullo non tempore, maxima ingentium cala-

*Harmonia neceſſaria eſt.*

*Tertia major.*

*Juxta lyra concinnatione chorda politica concinnanda ſunt.*

calamitatum, everſioniſque Regnorum Imperiorumque ſeminaria.

## DOCUMENTUM III.

*Ad Regni fœlicitatem procurandam, vitiorum morumqe peſſimorum Typhonia hydra ità ſupprimenda, ut tamen debita cura & vigilantia Regno non præjudicet.*

Sub ſpe metuque, id genus alia multa converſionis ſeminaria in extremorum alterutro ſæpius occultantur; nam & peccatis graviſſimis, pœnitudo ſumma ſuccedit; rebus præclarè geſtis, ut plurimùm faſtus & inſolentia vel oblivio ſui; urget unius gloriam alienus livor, infortunium levat commiſeratio; egeſtati ingenium favet atque induſtria; opulentiæ inquieta ſollicitudo, aſſiſtit ſtultitiæ ſumma ſecuritas; doctrinæ vel ſapientiæ, periculum multiplex, & ærumnarum ſeges. Atque hoc eſt, quod *Iſis Typhonem, Hori* fortitudine captum, non undequaque liberum dimiſit, ſed detinuit ad cautelam, tanquam curæ & vigilantiæ in Regno adminiſtrando incitamentum. *Typhone* enim prorſus extincto, Regnum ſocordia civium veluti concuſſum, ſuapte mole cadere neceſſe foret; ſat Regni perſecutio eſt; calcaria ad providè in omnibus vigilanterque agendum, ſunt occultæ hoſtium machinationes, quibus fit, ut Regnum tandem priſtino vigori reſtitutum conſiſtat.

*Faſtus & inſolentia impediunt regnum bonum.*

*Sub fabula* Iſidis, Typhonis *&* Hori *pulchrè explicantur.*

Verùm hanc fabulam *Oſiridis* & *Typhonis* ſub perſonâ *Jovis* & *Typhonis* exhibentes Poetæ, ad politicas conſiderationes hoc pacto traducunt. *Juno* indignata, quod *Juppiter Palladem* genuiſſet ex ſe, ſine adjutorio ſuo, Deos omnes Deaſque precibus fatigaſſe dicitur, ut *Pallas* ſine *Jove* partum quoque ederet: victâ itaque importunitate *Junonis*, terram concuſſit, ex quo motu *Typhon* natus eſt, monſtrum ingens

*Traductio ad Poëticam mythologiam.*

& horrendum qui & mox ſerpenti, uti belluini ejuſdem mores ferebant, ad alendum nutritio datus eſt; poſtquam adoleviſſet, bellum *Jovi* movit, in quo & ſuperatus victuſque in poteſtatem *Typhonis* venit, qui & eum in humeros ſublatum in regionem obſcuram, deſertamque tranſportavit, ibidemque nervis manuum & pedum conciſis, mutilum mancumque reliquit. *Mercurius* autem nervos *Typhoni* ſuffuratos *Jovi* reſtituit. *Juppiter* vigori priſtino reſtitutus, Belluam rurſus aggreſſus fulmine verberavit; ex cujus ſanguine ſerpentes nati feruntur: tum demùm ruentem, fugientemque, *Æthnam* ſuper eum jaculatus, monte oppreſſit. Hanc fabulam aptè ſanè variæ fortunæ Regum & viciſſitudini applicant. Reges enim Regnis ſuis non ſecùs ac *Juppiter Junoni*, matrimonii vinculis juncti rectè cenſentur. Sed hæc fuſius in ſequenti documento declaremus.

## DOCUMENTUM IV.

*Avaritia uti Regibus ad tyrannidem viam ſternit, ità maximè abominanda eſt.*

*Proprio arbitrio Rex non debet decernere res.*

Sed accidit nonnunquam, ut imperandi conſuetudine depravati, & in tyrannidem vergentes, omnia ad ſe trahant, & contempto Ordinum & Senatus ſui conſenſu, ex ſeſe pariant: id eſt, ex arbitrio proprio & imperio mero cuncta adminiſtrent; id populi ſubindè ægrè ferentes, & ipſi moliuntur caput aliquod rerum ex ſeſe creare & extollere. Ea res ex occultâ ſollicitatione nobilium & procerum ferè initia ſumit, quibus convenientibus, dùm populi ſollicitatio tentatur, ex ea tumor quidam rerum (per *Typhonis* infantiam ſignificatus) ſequitur. Atque iſte rerum ſtatus ab inſita plebis pravitate & natura maligna (ſerpente Regibus infeſtiſſimo)

*Quid per Serpentem caput erigentem?*

mo) nutricatur. Defectione autem viribus coalitâ, poſtremò res in apertam rebellionem erumpit; quæ quia infinita mala & Regibus & populis infligit, ſub dirâ illius *Typhonis* effigie repræſentatur, in quâ centum capita, ob diviſas poteſtates; ora flammantia, ob incendia; anguium cingula, ob peſtilentias (præſertim in obſidionibus) manus ferreæ, ob cædes; ungues aquilini, ob rapinas; corpus plumis contectum, ob perpetuos rumores, & nuncios, & trepidationes, & hujusmodi. Atque interdum rebelliones iſtæ tam prævalidæ ſunt, ut Reges cogantur, tanquam à rebellibus tranſportati, relictis Regni ſedibus, & urbibus primariis, vires contrahere, & in remotam aliquam & obſcuram provinciam ditionis ſuæ ſe recipere, nervis, & pecuniarum, & Majeſtatis acciſis: Sed tamen non ità multò poſt fortunam prudenter tolerantes, virtute & induſtriâ *Mercurii* nervos recipiunt, hoc eſt, affabiles facti, & per edicta prudentia, & ſermones benignos, reconciliatis ſubditorum animis, & voluntatibus, ſubindè alacritatem ad impenſas conferendas, & novum auctoritatis vigorem excitant. Nihilominùs prudentes & cauti aleam fortunæ tentare plerumque nolunt, & à pugnâ abſtinent, ſed tamen operam dant, ut aliquo facinore memorabili exiſtimationem rebellium frangant. Quod ſi ex voto ſuccedat, illi vulneris accepti conſcii, & rerum ſuarum trepidi, primò ad fractas & inanes minas veluti ſerpentûm ſibilos ſe vertunt. Deindè rebus deſperatis fugam capeſſunt. Atque tùm demùm, poſtquam ruere incipiunt, tutum tempeſtivumque Regibus eſt, copiis & univerſa mole Regni, tanquam *Æthnæ* monte, eos perſequi & opprimere.

Typhonis *deſcriptio.*

*In adverſis quomodo Rex ſe gerere debeat.*

## DOCUMENTUM V.

*Ubi honoris ambitio & invidia dominantur, ibi Regnum ſubſiſtere non poteſt.*

Ex his patet, omnes qualeſcunque tandem illi ſint ſtatus, mutationibus obnoxios eſſe; uti enim ſummæ contrarietati expoſiti ſunt, ità continuo quoque rancore, æmulatione, invidiâ, ſuſpicione, & ambitione laborant, continuis ardent odiis, inſidiis, proditionibus, bellis, offenſis; inibi deſtructio alterius, cedit in augmentum & conſervationem propriam; inſtrumenta, ex quibus conſtruuntur ſtabilimenta quietis, ità ſunt ſubtilia, ità delicata; ut, dum variis ſubjiciuntur eventibus, dum occultis cauſarum catenis connexa ſunt, periculoſis ad hæc improviſiſque occaſionibus ſubſtant, fieri non poſſit, ut non varias humanæ conditionis ſortes experiantur. Quantas Rerumpublicarum mutationes, quot Regnorum everſiones, Imperiorum deſtructiones, Monarchiarum ruinas novimus, accidiſſe? Quis Principum adeò fœlix eſt, ut diſcordias, & τεχνάσματα vicinorum Principum, inſidias remotorum evadat? quis à factionibus Potentum, à conjurationibus ſubditorum, à perniciosiſſimis populi ſeditionibus, à diſcordiis cognatorum, ab infidelitate gubernatorum Regni, à perfidiâ Principum militiæ, ab ipſorum militum rebellione, ab invaſione exterarum & barbararum gentium inundatione ſe immunem exhibeat? Si potentiâ, robore munitus fuerit, plures contra ſe veluti facto agmine, concitabit; ſi inferior, exteri Principes in auxiliares manus invocati, demptâ libertate mox eum ſui juris ſubjicient; ſi debilis vel primo ictu convulſus, viribuſque potentiorum

*Mala quæ ex rancore & æmulatione regno accidunt.*

*Exempla.*

Digitized by Google

tiorum in ultimum calamitatis barathrum præcipitatus, omnium bonorum jacturam faciet. Solus itaque is beati titulo exiſtimabitur Princeps, qui bonitate cauſæ fretus, juſtitiâ armatus, religionis ardente zelo impulſus, ſummâ intentionis ſinceritate & rectitudine ab omni paſſionis impetu liber & ſolutus adminiſtrârit. Hoc pacto, hiſce mediis *Iſis* infirma cæteroquin ac imbecillis fæmina, Gygantæam *Typhonis* immanitatem, Titanumque atrociſſimas machinationes eluſit, proſtravit, ac Regnum penè extinctum ſuæ integritati reſtituit.

*Quomodo ſe Princeps contrà dicta mala gerere debeat.*

## DOCUMENTUM VI.

*Quomodo & quibus mediis Regnum tum juxta veterum Sapientum* Ægyptiorum, *tùm & Chriſtianæ politicæ Leges perfectè ſtabiliri poſſit, & in ſuâ integritate conſervari.*

*Ægyptii* profundiſſimis animi contemplationibus aſſueti cum admirandum quendam rerum ordinem in trium Mundorum, Archetypi, Angelici, & Senſibilis hujus Mundi ex aſtrorum orbibus, & elementorum quaternione conſtituti ſeriebus eluceſcentem adverterent, illud ceu unicum & oportunum politicæ gubernationis exemplar ob oculos ſibi propoſitum crediderunt. Supremum enim omnium Numinnm Numen, Archetypus, inquam, ſeu Idealis Mundus, dum univerſum tantâ Legum æquitate gubernat, tantâ providentiâ diſponit, tanto amore & benignitate conſervat; quid aliud nobis exhibet niſi veluti quoddam Monarchici ſtatus abſolutiſſimum exemplar? Quid Genialis, ſive Angelicus in tot claſſes diſtributus, in tam varia munia & miniſteria diſtinctus, tam admirabili Ordinum diſpoſitione

*Cœleſtes orbita regni conſtituendi exemplar.*

*Mirus ordo quo Deus mundum gubernat.*



Digitized by Google

conſpicuus; in quo tametſi varii atque diſparati dominii & ſubjectionis gradus ſint, omnes tamen hoc unum ſatagere videntur, ut omnes unâ voluntate, & ſcopo concatenati, in univerſi conſervationem conſpirent. Quid, inquam, aliud nobis hoc ipſo, niſi Ariſtocraticæ politiæ ſtatus deſignatur? cujus tota fœlicitas eſt unio & concordia optimatum; ſtabilimentum ejus, boni communis in ſingulis cura & amor: Quid denique ſenſibilis hæc Mundi Machina ex aſtrorum orbitis, elementorumque corruptibilium mobili & inſtabili miſcellâ compoſita, aliud nobis, niſi Democratici ſtatus, ſeu plebæi dominii ſtatum proponit, tantò periculoſiorem, quantò majori mutationi, & factioſorum hominum turbationi magis eum obnoxium videmus. *Ægyptii* itaque hæc attentiùs conſiderantes, illum non immeritò ſtatum conſervationi aptiorem cenſuerunt, qui Archetypæ Monarchiæ ſimilior, & mutationibus minùs obnoxius foret; in quâ cum Angelici Spiritus unius Monarchæ ſummi rerum Authoris nutui pareant, horum verò ſingulæ rerum Creatarum in hoc ſenſibili Mundo claſſes, abſoluto & perfecto dominio ſubjiciantur; ſummo ſtudio incumbebant, ut ad hanc Monarchici ſtatus, veluti ad exemplar quoddam ſuam adornarent Monarchiam.

Ægyptii *juxtà Monarchiam cœleſtem & elementarem conſtituebant.*

## DOCUMENTUM VII.

*Juxtà humani corporis membrorum unionem harmonicè accommodanda Reipublicæ Regnorumque adminiſtratio.*

Quemadmodum enim in uno corpore phyſico, membrorum concordia & colligatione, actiones ſuas harmonicas mens exerit & perficit, unoque ſpiritu, eadem membra colligat; haud ſecùs unum Imperium dùm poteſtate unius, vel pluri-

plurium unitorum in Republicâ regit, imperat, cuique providet, leges dicit, firmat concordiam, humanæque ſocietati neceſſaria exequitur, communicat commercia, actiones & amicitias convenientibus præceptis, quæ vel natura, vel neceſſitas ſuadet, inviolata conſervat; pulcherrimam in hoc Mundo politico, Mundo utrique paulò antè deſcripto prorſûs analogo, harmoniam deducit; & ſicuti in fidibus, & tibiis atque cantu ipſo concentus eſt quidam tenendus ex diſtinctis ſonis, quem immutatum ac diſcrepantem aures eruditæ ferre non poſſunt, iisque concentus ex diſſimillimarum vocum moderatione, concors tamen efficitur & congruens; ità ex ſummis, infimis, mediis, interjectis ordinibus ac ſonis, moderatâ ratione civitas conſenſu diſſimillimorum conſiſtit; & quæ harmonia à Muſicis dicitur in cantu, ea eſt in civitate, ſeu Republicâ, concordia, arctiſſimum atque optimum omni Republica incolumitatis vinculum, quod ſine juſtitiâ nullo pacto eſſe poteſt: juſtitia autem, niſi ab authoritate alicujus, qui ſupremam habeat poteſtatem, dependeat, ſuum effectum conſequi non poteſt. Quot verò Reipublicæ ſunt ſpecies, tot debent eſſe ſupremæ poteſtates, in unaquaque una, ſicuti in unoquoque corpore phyſico una, quæ imperat anima, una vitalium operationum, per totum corpus diffuſarum moderatrix, non duæ; in Mundo unus Deus, qui ineffabili ſua providentia omnia in eo, concentu moderatur & dirigit; duas autem in Republicâ poteſtates eſſe ſupremas, æquali potentiâ & imperio res adminiſtrantes, fieri non poteſt; cum ſupremum in ſuo ordine, priorem non admittat, niſi ſubordinetur ad aliquid; ſi duas conſtituas, jam diſſonantia politici corporis in foribus eſt, dum civili corpore diviſo, ex unâ duæ, ut ſint Reſpublicæ, neceſſe ſit. Nec obſtat ſupremam poteſtatem adminiſtratores, diſtributoreſque ad-

*Harmonia politica quomodo diſponenda.*

*Sicuti corpus regit una anima, ita politicum corpus unum caput.*

*Ariſtocratia.*

admittere plures; hi enim non ſupremam, ſed unam omnes, ut in Ariſtocratiâ atque Democratiâ fit, habent poteſtatem; In Monarchiâ verò penes unum rerum omnium poteſtas eſt, à quo reliqui, qui ſub eo Rempublicam, Principatum, vel Regnum per partes ſibi creditas moderantur, pendent; ſuamque Rex per præpoſitorum miniſteria, non ſecus ac vis animæ per totum corpus diffuſaque membra, veluti per inſtrumenta quædam, ſuam exercet authoritatem; ſicuti harmonia in hoc unico conſiſtit, ut una chorda aut fiſtula ſemper gravius aut acutius, & acutius διατόνως ſive tonatim ſonet, ex quarum denique artificioſo Symphoniſmo intenta melodia naſcatur.

*Monarchia.*

## DOCUMENTUM VIII.

*Juxta partium in Mundano Syſtemate unionem & concordiam Regni adaptanda eſt adminiſtratio.*

Hinc ſummus ille rerum *Harmoſta*, mox ac magnum illud Mundi ſyſtema harmonicum ineffabili quâdam Regiſtrorum varietate condidiſſet, veluti Archichoragus, ſingulis quibuſque creaturis, cœlis, elementis, animalibus, arboribus, frondibus, & fluminibus, reliquiſque, quæ fecit, operibus, proprios ſui generis principes & choragos conſtituit. Spectamus hujus rei neceſſitatem in omnibus penè rerum naturalium claſſibus; Homo dum naſcitur, ne pereat, alio, qui ipſum dirigat, indiget; omnia animalia unus regit homo; hominem ipſum in eo divinior pars anima, in ipſa anima duæ partes, iraſcibilis & concupiſcibilis rationis dictamini ſubjici debent. Inter membra corporis, unum eſt præcipuum cujus arbitrio omnia reliqua moventur, ſive illud ſit caput, ſive ut alii, cerebro cognatum cor: hoc pacto Angelis Angelum princi-

Deus O. M. *ſingulis partibus mundi ſuos præfecit miniſtros.*

*Ordo à ſupremis ad infima.*

principem, Spiritibus ſpiritum, ſideribus Sidus, Dœmonem Dœmonibus, avibus avem, beſtiam beſtiis, ſerpentem ſerpentibus, piſcem piſcibus, hominibus præfecit hominem, qui eſt verbum Incarnatum *Chriſtus* JESUS. Sitque adeò imperare, regere, ſubjici, regi, & gubernari juris Naturæ, divinoque & humano gentium, & civili prorſus conſentaneum. Certè cum mira hæc Mundi diverſitas ex quatuor elementis, contrariarum qualitatum corporaliumque rerum ſubſtantiis conſtet, niſi is certâ ſubordinationis harmoniâ & ſymmetriâ colligaretur, certiſque legibus ſubjectionis regiminiſque temperaretur, pulcherrimum Mundi harmonicum corpus brevi conſumi, neceſſe foret; nec enim poſſent partes tam diverſæ in eo perſeverare, ſi ſingulæ per ſe promiſcuo & indifferenti regimine opera ſua perficerent, quin poteſtas poteſtati æquali occurrens, perpetuâ diſcordiâ & irreconciliabili diſſidio omnia poſſideret, alienaque quæ regere non novit, nec conveniunt, in ſuam perniciem uſurparet. *Disharmonia vitanda.*

## DOCUMENTUM IX.

### *Juxtà Syſtema Hierarchicum ordo in Regni adminiſtratione conſtituendus eſt.*

Ordo itàque in omnibus neceſſarius eſt, ut pulchrè *Bonifacius* relatus à *Gratiano*: ab hoc, inquit, diſpenſationis divinæ conſilio, gradus diverſos & ordines conſtituit eſſe diſtinctos, ut dum reverentiam minores potentioribus exhiberent, & potentes minoribus dilectionem impenderent; vera concordia fieret, & ex diverſitate contextio, & rectè officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum. Neq; enim univerſitas aliâ poterat ratione ſubſiſtere, niſi hujuſmodi magnus eam differentiæ ordo ſervaret: quia verò quæque creatura in unâ eâdemq; quali- *Concordia rerum ex ordine.*



Digitized by Google

tate gubernari, vel vivere non poteſt, cœleſtium militiarum exemplum nos inſtruit, quia dùm ſunt Angeli, ſunt & Archangeli, qui quidem non ſunt æquales, ſed in poteſtate & ordine, ſicuti notum, differt alter ab altero: ſicuti enim, ut ſuprà quoque dictum eſt, ex diverſi toni fidibus, melodia naſcitur ſuaviſſima, ità Societas in Republica imperantium & obedientium; divitum, pauperum; nobilium, plebejorum; doctorum, artificum, & id genus diverſorum graduum, perſonarum, ſtatuum, efficitur pulcher quidam concentus, concordia laudabilis, fœlix, & penè divina. Quod enim uni voci deeſt, ex alia ſuppletur, & quod uni deeſt, ab alia communicatur; neque enim bona harmonia naſci poteſt ex unius toni chordis, vel ex inſtrumento, cujus omnes in uniſonum extenſæ ſunt fides. Ità Reſpublica conſiſtere minimè poſſet, ſi omnes eſſent æquales; apparet harmonica hæc æqualitas ex ipſis diverſis ſtatibus, in quibus Divina providentia homines conſtituit, dùm alium ſummum ſapientiæ apicem attingere; alium omni virtutum genere refertum; alium nullo animi ornamento præditum eſſe: alium item ad ſummum dignitatis apicem, alium ad incitas & infimam paupertatem depreſſum, alium abundare, egere alium, alium divitem, pauperem alium, alium perpetuis deliciis opumque affluentiâ gaudere, alium perpetuis laboribus vitam miſerabilem agere videmus. Cur itaque Bonitas Dei non omnes æqualis conditionis fecit? Hanc, inquam, mortalium ſortem nobis objiciunt ii, qui omnem providentiam impiè negantes, omnia caſu evenire arbitrantur; Quæro ego ex ipſis contrà. Cur ipſe Opifex non fecerit omnia animalia Angelos, aut omnes planetas Solem, ſive omnia membra oculos? Si enim omnes artus eſſent oculi, ubi manus, ubi pedes, ubi os, ſtomachus, aliaque membra corpori neceſſaria? Et ſi omnes pla-

*Concentus rerum ex ordine & concordiâ.*

*Æqualitas in Monarchico ſtatu non admittenda.*

planetæ *Sol*, ubi *Luna*, ſuſcipiens ſiderum genituram, ut nobis partum edat? ubi *Mars* roborans, *Juppiter* æquans, *Mercurius* acuens, *Saturnus* conſolidans, *Venus* amore connectens? Et ſi omnia animalia Angeli, ubi homo peculiaris imago Dei? ubi equi ipſum portantes? ubi boves & oves humani victus miniſtri, imò cibus? ubi animalia & jumenta, quæ ad Mundi ornatum, & hominis ſervitium producta ſunt? Sicuti igitur non eſt conſonantia, ſi quilibet nervus inſtrumenti eſſet Nete, aut hypate, Meſe aut parameſe, vel quoddam hujuſmodi ἰσόφωνον, cum ex paribus diſparibuſque chordis aut vocibus, prout harmonia Mundi requirit, conſonantia generetur; ſi enim omnes Doctores, Sapientes, Principes, divites eſſent, Mundum perire neceſſe foret. In hac igitur diverſitate ingeniorum, profeſſionum, in hoc diverſo fortunæ jactu politici Mundi ſymphoniſmus primariò conſiſtit, & ſicut in humani corporis ſtructurâ, diverſa membra diverſis officiis deſtinata in bonum unum, bonamque conſervationem individui conſpirant, ità & diverſa politici Mundi membra in Reipublicæ ſalutem, concordiæque conſervationem conſpirare debent; Quocirca totius humani generis pulchritudo in individuorum varietate eſt, quæ diverſiſſima ſummus Moderator, in unius myſtici corporis, ſub *Christo* θεανθρώπῳ, harmoniam traxit. Quæ conſonantia & Mundi, & politici corporis tantâ elegantiâ ac ſuavitate conducta eſt, ut nulla perfectior inveniri queat.

*Mundi pulchritudo in individuorum varietate conſiſtit.*

His igitur naturâ differentibus, aſſignata ſunt dona varia; unicuique juxtà propriam virtutem & diſpoſitionem, quibus etiam præmia redduntur ſecundum opera ipſorum, proportione geometricâ, ut quæ ſit proportio munerum ad munera, & meritorum ad merita, eadem ſit proportio præmiorum ad præmia; atque hac proportione non Deus duntaxat red-

*Proportione Geometricâ Princeps præmia diſtribuere debet.*



Digitized by Google

det ſingulis præmia, ſed & Reſpublica civilis; quæ Mundani, imò Archetypi Mundi imago quædam eſt, gubernationem ſuam inſtituit.

## DOCUMENTUM X.

*Forma Regnum adminiſtrandi ab* Ægyptiis *uſurpata.*

Quoniam verò, ut ad *Ægyptios* revertamur, maximi in benè beatèque inſtituendæ Monarchiæ ratione, momenti eſt, Archetypam rationem continuò ob oculos poſitam expendere, atque hinc juxtà intentam analogiam corpus politicum formare & elaborare. *Ægyptii* hujus tam divinæ artis minimè ignari, ſtatim à primis naſcentis imperii incunabulis, univerſam *Ægypti* Monarchiam, ad totius univerſi normam & ideam, in certos quoſdam Nomos, ſeu curias aut Præfecturas myſticâ quâdam & arcanâ ratione, uti in præcedentibus dictum eſt, diviſerunt; quibus ſingulis totidem ex Optimatibus Sacerdotes, religione & Sapientiâ conſpicuos, qui à nutu, & arbitrio Regis Monarchæ dependerent, præfecerunt; quorum officium erat, populum, cui præerant, in cultu Deorum inſtruere, ſacrificiorum ritus & cæremonias in Geniorum, qui Præfecturis præerant, placatione, ſine quâ Regnum conſiſtere non poſſet, inviolabili vigore ſervandas edocere; ſummo rigore in mores degeneres animadvertere; milites ad patriæ defenſionem; agricolas ad agrorum camporumque humanæ vitæ perneceſſariam culturam, opifices ad civitatum templorumque ornatum, ad civili denique neceſſitati, pro artis unicuique propriæ conditione, ſubveniendum excitare; omnes eos, qui rem ſuam præclarius egiſſent, oblatis præmiis honorare; denique quotannis Regi de cunctis gubernationi eorum ſubjectis ritè adminiſtratis rationem

*Monarchiam ſuam quomodo diſponerent Ægyptii.*

Digitized by Google

nem reddere. Sic fiebat, ut Regnum Sacerdotum operâ, quibus ſolis ad Regni ſucceſſionem aditus eſſet, ſummo amoris affectu, unanimiq; omnium conſpiratione adminiſtratum, in perpetuo vigore conſiſteret. Porrò uniuscujuſque Nomi præſidem Genium cognoſcere & explorare diſcebant; quem cognitum, per rerum ſpecies ei analogas, ſacrarumque ſculpturarum apparatum, ità ſe flectere poſſe credebant, ut dum particulari inclinatione in commiſſi ſibi Nomi curam & tutelam ſeſe impendit, Regnum non tam humanâ, quam Deorum immortalium providentiâ adminiſtratum, ſine ullo externæ invaſionis metu, ſeipſo conſiſteret; adeòque non privata tantum ſingulorum Nomorum Templa, ſed tota *Ægyptus* ſtatuis ſupernarum mentium conſpicuis, veluti totidem aris, Archetypi & Genialis Mundi Templum exactiſſimè exhiberet; in quibus continuis ſacrificiis, hymnis, precibuſque pro ſalute patriæ, & pro communium calamitatum procellis avertendis Numina ſollicitabantur; ſiquidem nihil religione habebant antiquius, nulla res ardentius in ſacris libris iis inculcabatur; quâ ſtante, ſtare Regnum, Genios naturali amore ad id conſervandum ſuccurrere; quâ per improbos mores vacillante Regnum diù conſiſtere non poſſe, atque adeò Genios Regni ſibi commiſſi tutelam curamque prorſus deſerere opinabantur; quo facto, quid Regnum Geniorum præſidio deſtitutum, aliud, niſi ultimum exterminium exſpectare poterat. Si itàque *Ægyptii* etiamſi veræ fidei lumine deſtituti in religionis negotio tamen tam ſolliciti ad regnum conſervandum fuerint, quid Monarcham Chriſtianum deceat, indigitârunt.

*Amore defendendæ patriæ laborare debent.*

*Cultus* DEI *& religionis amor.*

Patet hinc, horrendarum nullo non tempore in Imperiorum ſtatuumque mutatione cataſtropharum cauſa. Nonne Rex homo eſt cœteris hominibus ſimilis? Videmus tamen omnes ei ſe ſummâ reverentiâ & timore ſubjicere, quod quidem

*Omnia ſubjiciuntur homini.*

dem fieri nullâ ratione poſſet, niſi Deus illi timoris ſui characterem impreſſiſſet, quo Principi ſignato evectoque, cœteri timore quodam reverentiali, & occultâ quadam vi compulſi ſubſint. Quod totum per principatuum illorum, ſupremorum Principum ordinem exequitur. Quod ſi verò per indignam, ſceleribuſque contaminatam vitam ſibi Reges, Principeſque tùm Dei, tum Principatuum influxui obicem poſuerint, eccè protinus, veluti per peccata publica deleto in Principe charactere timoris Dei, populus à conſono in diſſonum deflectitur, rebelliones moventur, jugique Principis tanquam charactere timoris Dei indigni, fit abjectio: ut proindè mutationes Imperiorum, Regnorumque tranſlationes, Principatuum, Rerumque publicarum extirpationes, aliam, quàm diximus, originem non habeant; Meminerit igitur Princeps ità vitam ſuam inſtituere, ità juſtitiam & pietatem colere, ut Principatus ſive præſides Archangelos ſemper ſibi propitios inveniat; utpote, ſine quorum perpetua tutelâ & aſſiſtentiâ nec Regnum, nec Regnator ſubſiſtere queant. Eadem de cauſa Deus animalibus etiam ferociſſimis characterem amoris impreſſit, ut videlicet homini, propter quem condita erant, ſubeſſent, eique obedirent. Videmus debiliorem robore puerum, vel ingentem Elephantum, ferociſſimumque Leonem manuducere, regere, verberibus, & quocunque voluerit imperiosè ducere; belluamque ei in omnibus obedire, eidem ſe in omnibus ſubmittendo. Certè non aliâ de cauſa, niſi quod ordinis ratio præſcribat, & quia homini character timoris Dei impreſſus, omnia eidem ſubeſſe cogit. Eadem in ordine animalium ſpectantur; quod enim unum animal aliud timeat, & ſi robore & magnitudine multò eo inferius, (ut elephas arietem, gallum Leo) cauſa eſt, quod ſub præſidio ſint ordinis altioris, cha-

*Ruina regnorum unde.*

*Exhortatio ad Principes.*

*Character divinus homini impreſſus facit hominibus obedire animalia.*

Digitized by Google

charaċteremque principatus gerant, quem inferiora naturali inſtinċtu dum cognoſcunt, reverentur; Vides igitur quàm omnia mirabili nexu conjunċta conſonent. Quia verò principatus terrenus diſſonus ex ſe eſt, & deformis, niſi conſonus ſit in ſeipſo, & cum aliis, & per hanc conſonantiam, decorem, & pulchritudinem acquirat; ideò ſuperiorum Miniſterium, Principi neceſſarium eſt, & hoc virtutum efficit ordo, quarum favore comparatâ conſtantiâ ac robore, fortes contrà vitiorum voluptatumque irritamenta efficimur. Sed ut & contrà has aëreas poteſtates invidiâ & malitiâ plenas prævaleamus, ſupercæleſtium Divinarumque Poteſtatum præſidium nobis neceſſarium eſt; ne etiam Mundanis affeċtibus præpediamur; ſed illos appetitui rationali harmonicè ſubjicientes, dominemur nobis ipſis, Dominationum aſſiſtentia nobis erat neceſſaria. Omnium itaque inferiorum obtento Dominio, reſtat ut ad Deum converſi ipſi ſoli vacemus; quod fit, ſi memoriam ſupercœleſtium, per Thronorum ſubſidium, retineamus, eademque Cherubicâ illuſtratione contemplemur, donec cognato tandem parentique ſummo, Monadi divinæ per ardorem Seraphicum uniamur; undè quemadmodum per Angelicos gradus Opifex rerum in nos ſuâ virtute deſcendit, ſic & per eoſdem ad ipſum, à quo proceſſimus, redeamus, veluti per quoſdam virtutum gradus, quorum primus Rationalis Naturæ gradus, per ſenſus nos conjungit Angelis, imaginatio Archangelis, timor virtutibus, Poteſtatibus dolor de peccatis, Ratio Principatibus, ut enim hæ ſpiritibus, ità Ratio ſenſibus & affeċtibus præeſt; amor Dominationibus, Thronis intelleċtus, Cherubinis intelligentia, Spes denique uniat Seraphinis; hi enim proximè conducunt ad Deum, qui eſt ſpes omnium finium terræ.

*Virtutum ſtudium Principi neceſſarium eſt.*

Vides

*Hierarchicus ſtatus ad Deum comparatus.*

Vides igitur, ut Miniſtri hi ordines, *Harmoſtæ* ſummo Tribunali aſſiſtentes, ut fidi ſint, omnia in conſonantiam cum Principe eorum deducere ſatagunt; præveniunt enim conjuncti pſallentibus, & ipſi ἁρμονιάζοντες tanquam cœleſtis Odæi modulatores, omnes chordas Voceſque in ſummo illo Dei Monochordo adaptantes, ut illud reddant concinnum ſuaviſſimumque, ut ſi quæ ſint inutiles fides, vel moduli diſſentientes, eas abjiciant, reſcindant, reprobentque, ne in Mundano, Cœleſti, vel humano polychordo aliquid diſſonum reperiatur; gaudent itàque omnia movente Patre, teſte *Dionyſio*, à Deo ſiquidem moti movent orbem, & iſti corpora noſtra, cæteraque inferiora ad eam conſonantiam diſponunt, quam jubet ipſe primus rerum omnium Motor.

## CONSECTARIUM.

*Peſtis Politicorum ſtatuum eſt atheiſmus.*

Patet hinc vana quorundam de grege *Epicuri* porcorum præſumptio, qui pernicioſo ejuſdem dogmate, veluti temulenti atque in tranſverſum acti, ad ἀπάθειαν quandam, Mortalium animos redigere ſatagebant; cum enim animadverterent duos eſſe præcipuos hujus Orbis Tyrannos atque carnifices, ſpem ſcilicet & metum, ut pacarent hominum mentes, jam omni excuſſo Numinis metu (cui dùm alligantur, putant quietas eſſe non poſſe) conati ſunt rerum omnium, quæ quotidie ſpectarentur, naturales reddere rationes, atque ex uno cœlo per intermedias claſſes, fatorum neceſſitatem demonſtrare; quibus nę aſſentiamur temerè, purioris philoſophiæ Antiſtites monent; atque ipſa veritas, ſeu *Chriſti* viva doctrina præmonſtrat. Quanquam ex abundanti ejuſdem bonitatis ſinu, illa etiam conteſtantur, quæ quidem ſenſibus obvia, præter tamen communem Naturæ curſum,

quàm

Digitized by Google

quàm rariſſimè fiunt. His enim oſtenditur, Deum penes ſe alium habere Ordinem providentiæ ſuæ nobis occultum, cui ſæpè conſentit Ordinis characteriſmus Mundanis rebus infuſus, ſæpè plurimum diſcrepat propter hominum neceſſitatem, atque ut Divinæ gloriæ Majeſtas libera, nullis Naturæ vinculis alligata, nullis circumſepta carceribus demonſtretur. Neque verò à bono ſummo præter bonum aliquid fieri, aut dimanare credibile eſt, cùm ſit circulus bonus, à bono in bonum perpetuò revolutus, etſi ea, quæ ſæpè obtingunt, pro meritis noſtris, mala & triſtia vulgus exiſtimet; Non inferunt Dii nobis injurias (ut *Jamblichus* ait) ſed juſta ſupplicia, quæ tamen finem optimum ſpectant, & multa nos latent peccata; quæ Deum minimè latent; Deus quoque quid juſtum ſit, aliter ſæpè perpendit, ad unam animam ſpectans; aliter ad totam cognationem animarum, & bonum univerſi.

*Multa peccata Principum propter quæ Deus punit nos latent.*

Undè nihil in hoc Mundo adeò fortuitum, ſive proſperum illud ſit, ſive adverſum videri poteſt, quod non in occultis Divinæ providentiæ penetralibus lateat reconditum; itàque neque ſubitaneæ mirandarum rerum cataſtrophæ, improviſi Principum caſus, familiarum extinctiones, barbarorum irruptiones, fatali cuidam neceſſitati ſubjici cenſeri debent; Sed ex occultis Divinæ rationis ſeminariis originem ſuam ut plurimum habere, ut Divus *Auguſtinus lib. de civitate* pulchrè probat; quiſquis verâ Chriſtiani nominis profeſſione gloriatur, ſentire debet; neque Deus, cujus natura bonitas eſt, tot malorum exorientium cauſa dicendus, cùm hæc omnia jam in depravatâ humanæ voluntatis deliratione, Principum injuſtitiâ & atrocitate, cœteriſque occultis delictis, ad tantam malorum iliadem paulatim diſponentibus, præceſſerint; Deſerit Deus Principes,

*Nil caſu contingit in mundo ſine cauſâ:*

*Deus non eſt dicendus cauſa malorum.*



Digitized by Google

qui ab ipſis deſertus eſt; pœnas infligit, quia ad hoc faciendum provocatur; Præſides Regnorum Angeli influxum conſervativum ſuſpendunt, quia qui præſunt, obicem, ne influant, ponunt. Ceſſet itàque in animis multorum, nimiùm implantata fatua illa de fatali neceſſitate opinio; quod fiet, ſi & nos, & noſtra omnia Divino arbitrio abſque ullâ vel perturbatione inſigni, vel futurorum variâ ſollicitudine commiſerimus.

## CAPUT IX.

# DECAS PARÆNETICA.

Quâ

*Documenta circà Conſiliorum, & Regiæ Oeconomiæ rationem ſervanda exhibentur*, *ex implicitâ* Numiſmatis *ſignificatione collectâ juxtà mentem* Honorati.

PRinceps ſine Conſiliis corpus eſt ſine animâ; ſine Conſiliariis optimis & Sapientibus Princeps truncus eſt, omnibus membris mutilus; Nam uti rectè Sapiens ait: *Multitudo Sapientum Sanitas eſt Orbis terrarum.* Maximè itàque neceſſaria eſt Regi conſiliorum exquiſita conſtitutio per Sapientiſſimos, & experientiâ multiplici doctos Regii Solii Aſſeclas.

### DOCUMENTUM I.

*De Conſilii Ratione.*

*Conſiliis omnia geri debent.*

Eſt ergò Conſilium Principi idem, quod omnes ipſius ſenſus, ipſius intellectus, ipſius memoria, ipſius denique oculi, ipſius



Digitized by Google

ipſius aures, vox, atque manus ipſius. Populo verò eſt pater, eſt tutor, eſt curator; idem & uterque tam Princeps, quàm & illud ejus conſilium, perſonam in Terris referunt Divinitatis; Quo fit, ut bonum conſilium, quandam veluti integram perfectionem, & Auctoritatem tribuat, ut ſuſtentet & augeat populum: & uterque, Princeps inquam, & conſilium, boni, fideles, & verè ſint Miniſtri Dei. Ex adverſo verò malum conſilium obſcurat, & in nihilum ipſum Principem redigit, & ceu quoddam ſaxum reddit; Quo olim aliquandò veteres *Romani* ſuo Deo Termino effingendo utebantur. Populus ipſe diſſipatur, & tàm Princeps, quàm & ejus conſilium fiunt *Deo Opt. Max*. rebelles, & mancipia Sathanæ. Quæ quidem tales ac tantæ ſunt res, ut neſciam, liceatne in hâc vitâ ſpectare graviores. Quò magis etiàm dies noctéſque ipſis invigilandum eſt Regibus, ut tale exquirant & habeant conſilium, in quo nec vel minimum deſiderari poſſe videatur. Mihi quidem, cui rationem, & experientiam, & Regulas maximorum Rectorum ſequi placet, hæc ſtat ſententia: Quod & ſi conſilium Principis, non niſi exiſtat unum, in quantum habeat caput, qui eſt Princeps, diſterminari nihilominus in partes multas illud oportere, quæ ipſæ non minus, quàm pedes, brachia, & alia membra Principi reſpondebunt; quæ licet loco, formâ, & officio diſparia ſint, unum conſtituunt, hominem; ſic & conſilium, quamvis, prout neceſſe erit, in multas dividatur partes, non plus quàm unum referet corpus, & declarabit unam videlicet, & bonam adminiſtrationem, & defenſionem, cujus caput eſt Princeps, & ejus membra diverſitas conſiliorum. Undè qui aſſignare voluerit regulas, & ordinem alicujus boni conſilii, cujuſcunque Principis, antè omnia explicare debet, quot præfectis, quot à Secretis, quot ſcribis opus habere videatur.

*Quomodo ordinanda Conſiliorum rationes.*



Digitized by Google

Quas porrò prærogativas, & quantum habere debeant auctoritatis; quomodò conveniendum eis ſit, quo loco, & tempore, quâ horâ, quomodò proponenda negotia, quibusreddendæ ſchedæ, quæ vulgò appellantur *Memorialia*; apud quos requirenda reſponſa; quâ ratione dicendæ ſententiæ, & alia quàm plurima. Poſtremò neceſſe eſt, ut oſtendatur, quomodò ipſa etiam conſilia ſe mutuò ad evitandam negotiorum confuſionem intelligant; & quo pacto tandem conſilium in extremâ determinatione, antequam ſequatur concluſio, informare ipſum Principem debeat, ad quem omnia neceſſariò referuntur.

*Confuſio in Conſiliis vitanda.*

Me quidem hunc Ordinem ſecutum, par erit à primâ parte ſumere exordium, quâ planum fiat, quot Principi conſilia neceſſaria ſunt futura. Dico autem conſilia non oretenus ab uno arcanorum Regni gnaro viro prolata aut ſcriptis tradita; ſed tribunalia diverſa conſiliorum, ſeu Dicaſteria quædam, in quibus pro diverſitate negotiorum diverſæ conſiliorum rationes adducuntur: Aliud enim eſt Dicaſterium conſilii œconomicum, aliud polemicum, aliud ærarii; aliud Dicaſterium ſtatus Regni populorumque; quorum ſeptem ſi Princeps conſtituerit, jam Regnum contrà omnes poteſtatum contrariarum machinas, obfirmatum, ſolidatumque obtinebit.

*7. Dicaſteria Principi neceſſaria.*

Dico itàque, nec pluribus, quàm ſeptem, nec etiam paucioribus eſſe neceſſe, pro toto, & integro ejus Imperio, Negotiis, Miniſtris, Munere & Auctoritate, ſi vult benè & citrà difficultatem adminiſtrare Principatum; Quorum eorundem conſiliorum erit Ærarii primum, & ità quoque Dicaſterium conſilii ærarii nuncupatur.

DO-

Digitized by Google

## DOCUMENTUM II.

### I. *Dicaſterium conſilii Ærarii Principis.*

Cui cura incumbet omnium proventuum Principis, tàm deſcriptorum, quàm extraordinariorum; & quomodò congregare, cuſtodire, tueri, amplificare ipſos proventus oporteat. Quomodo etiam extraordinarii ſint exigendi, undè, quo tempore: poſtremò, quâ ratione tributum ipſum impetrandum ſit, & quo pacto imponi, augeri, & promulgari ſine damno & querelâ populorum queat; Nec verò non, & illud animadvertendum eſt, ut etiam ea, quæ aut ſuperflua, aut injuſta, aut nociva & odioſa ſunt, abrogentur. Huic eidem conſilio, omnium tàm belli, quàm pacis tempore, ſumptuum Regiorum incumbet cura; & ità quidem, ut modicè auferantur ſumptus, alii autem, qui fuerint neceſſarii, augeantur: Regum namque opes non ſolùm conquirendo ære, ſed immoderato etiam demendo ſumptu continentur; Sic, ut hoc conſilium Theſaurus ſit Principis, aut Ærarium, ſicut olim *Romanis* antiquitùs dicebatur; ſine quo in quocunque tandem Principatu, Princeps egebit ſemper, & debita contrahet, & erit ſubjectis impetrandæ pecuniæ gravis, quæ & ipſa ſenſim minuetur, populi vero exareſcent, & inſtar mortuorum penè reddentur.

*Ærarium non immodicis ſumptibus evacuandum.*

## DOCUMENTUM III.

### II. *Dicaſterium Conſilii Pacis.*

Alterum Conſilium eſt pacis, quod erit illud quod vulgò, *Status*, ſeu adminiſtrationis appellatur; Continet quippè Gubernationem univerſam; quod unicuique pro eo, ut pla-

cuerit, appellare licitum ſit. Ego Conſilium Pacis nuncupo, cujus erit proprium circà civiles & Legum res, ſive actiones occupari, inſpicere Proreges, & Rectores, Correctores, Duces turmarum, quos vulgò *Campiductores* nuncupant, Caſtellanos, Præfectos, Conſiliarios, & reliquos omnes Principis tàm belli, quàm pacis adminiſtros, ſi rectè ſuo, aut verò ſecùs funguntur officio; ſi tempus eorum adminiſtrationis finitum eſt, qui eorum ſubrogandi ſunt loco, & qui etiam excludendi: poſtremò, ne vel proviſiones quoque, & expeditiones ſurreptitiæ fiant, eſt providendum. Hoc idem conſilium Ordinariorum, & extraordinariorum ſumptuum ſubducet rationes, ſi ſuo ſubminiſtrantur tempore æquè bello atque pace. Quo magis dabit etiam ſchedas, quarum ratione apud Ærarii, de quo diximus, conſilium tandem præſtetur. Quod ipſum inſtar vaſis erit alicujus, ad recolligendam in ſe, ſervandamque pecuniam, & ab hoc fiet diſtributio, mandato & poteſtate conſilii pacis, ſine quo, ne unus quidem teruntius eſt abſumendus. Hoc denique idem expendet, & perponderabit ſecum Conſilium, quocum ineunda, & quocum ſit abrumpenda pax, ſeu bellum oriendum, à quo alienior, & cum quo Princeps debet eſſe conjunctior: quocum bonis verbis, tantum demptis rebus, & quibuſcum rebus ipſis uti expedierit, & in omnibus, quomodò, quantum, quandò privatim, & quandò publicè eſt progrediendum. Quo ipſo erit hoc Conſilium tanquam caput quoddam omnium reliquorum.

*Seriò conſiderandum quocum pax ineunda quocum rumpenda.*

## DOCUMENTUM IV.

### III. *Dicaſterium Conſilii Bellici.*

Tertium eſt Conſilium Bellorum, & ſic omninò eſt appellandum. Huic intererit, quomodò Arces rectè muniendæ, erigen-

Digitized by Google

erigendæque munitiones, quomodò tuenda ſint confinia, quibus tàm bello, quàm pace præſidiis ſarta tectaque conſervanda, & alia ejus generis plura habere debebit explorata: id & exactè ſciet Arma Armorumque genera, Exercitia, & omnem antiquorum rationem præliandi; quæ nimirum cum præſenti rerum temporumque ſtatu & conditione comparabit; Intelliget unius & alterius diſcrimen, Equitum turmas, & peditum cohortes ſuo ordine diſponet: & quæ gens aut natio, quâve in re præſtet aliis, & quæ denique his vel emendandis, vel immutandis via inveniatur, non ignorabit. Noſcet egregiè ſui Principis vires, & ejus hoſtium ſive Adverſariorum: & utræque quantæ futuræ eſſent, ſi ſociorum adjungerentur potentiæ, aut quantæ rursùs, ſi illa deſtituerentur. Quid poſtremò in præſenti jam valeant, & quid progreſſu temporis valere queant, circumſpiciet animo, tenebitque memoria, præterita ſui Principis, & ejus Majorum bella, & prælia univerſa, quæ videlicet principia, progreſſus, conſecutioneſque, & eventus ſortita ſunt, & quid qualeſque res & cauſæ ad dandas, & accipiendas utrimque conditiones, eos traxerunt. Hoc idem conſilium ſui Principis hoſtium circumvicinos cunctos, ſocios confœderatos, & qui inimici eſſe poſſent, intelligendo aſſequetur. Nam demùm eo modo non difficile erit judicare, ſi majores hoſtium fuerint vires, ut potiùs, quam bellum poſcamus pacem: & ſi erit ſecùs, ut item contrarium experiamur. Et ſi fortè hoſtibus ſumus inferiores, quibus rebus in armis, an verò uſu & exercitatione bellandi, an Ducibus, an præfectis, an pecuniis, an opinione & famâ, an amicis & ſociis, an comitatu, an rebus ſimilibus, diſquirendum. Omnibus autem his ritè examinatis, & perſpectis, acutè & prudenter inveſtigabit, quo pacto fieri poſſet, ut non ſolum nos ab hoſte tueamur, ſed adeò fati-

*Quæ Principi cognoſcenda ſunt in bellico negotio.*

*Examinanda Hoſtium vires.*

Digitized by Google

fatigemus atque debellemus ipſum hoſtem; Eſt enim certum, viribus & potentiâ præſtare intellectum. At vero in Principatu, ubi horum reperitur nihil, errat Princeps perpetuò, quascunque tandem perſequi res habeat apud ſe conſtitutum. Bellum extrà tempus & rationem movet: adminiſtrare illud nunquam & multò minùs ſcit terminare: ad fortunam refert omnia, & caſus in ipſius Conſilio dominatur: ac ut denique aliquem vincat aliquando, uti neſcit Victoriâ; ſin autem vincatur, dejicitur animo, ac quo ſe vertat, ignorat, & muliérculæ inſtar, ſi non in hominum turbâ, ſaltem privatim ſecum ipſe colluctatur. Atque ut id quod ei reliquum fortuna fecit, tueatur, & ſuam debilem & mancam quoquo modo ſuſtentet, ſive famam ſive dignitatem, ad turpes condeſcendit conditiones aut induciarum, aut verò ipſius pacis. Quo loco riſum movet audire voces inſcientium, qui de fortunâ conqueruntur, & non intelligunt, exiguum ibi fortunæ reſtare locum, ubi viget prudentia; alii vero, ità viſum fuiſſe *Deo Opt. Max.* teſtificantur. Interim autem ego de Divinâ providentiâ non diſputabo; Si tales non ſunt Deo à Secretis, aut à Sanctâ Trinitate non acceperunt literas, quam habituri ſunt certitudinem, ità habere rem ſe, quemadmodum ipſi aſſeverant? Nonnulli noſtra cauſantur ſcelera, & hæc quidem veritas eſt ipſa; Nam errores Principum, & eorum perverſorum Conſiliariorum illa ipſa ſunt ſcelera, quibus ad noſtrum & eorum exitium præcipitamur. Sed ne multa, iterùm dicam, quod quandocunque tale, quale ſuperius demonſtravimus non habebit deinceps conſilium, non mirabitur adverſa, & infelicia omnia in bello ſibi evenire.

*Ubi viget prudentia. ibi fortuna locum non habet.*

Do-

Digitized by Google

## DOCUMENTUM V.

### IV. *Dicaſterium Conſilii Comeatus & Annonæ.*

Quartum eſt de Comeatu & proviſionibus, & ità illud nuncupabo Conſilium Comeatus. Huic cura incumbet providendi & paciſcendi de victu & comeatu, pacis & belli tempore, pro toto & integro Principatu, & idcircò oportet in numerato, deſcriptaque habere eum omnia ad ſuum munus pertinentia & Principatum; quantùm nimirum habeat comeatûs, quantùm ejus ſuperſit, & quantùm deſit, quantùm terrâ marique importetur & exportetur, & undè promittitur, quo itinere, & quomodò, & quandò affertur, & his ſimilia.

Quicunque autem à Principe exportandi comeatus poſtulabit facultatem, ſine hujus conſilii ſcitu & voluntate eam non aſſequatur. Revera, ſi tale conſilium, ut expedit, conſtitueretur, neque bello, neque pace, deeſſent nobis neceſſaria ad vitæ humanæ ſuſtentationem: ſuppeditaremus adeò iis noſtra, quorum amicitiâ & benevolentiâ indigemus. Iam verò dum illud deſideratur, confunduntur omnia & quælibet provincia plurimas patitur difficultates. Malitia & avaritia paucorum neceſſarias ſurripit res, deſumuſque amicis, inimici verò magnitudine pecuniæ iis rebus aliquandò potiuntur. Undè noſtri languent, & à nobis abalienantur. Ac denique illud etiam experimur, ut ob talis conſilii penuriam, in iis Regionibus exoriantur bella, ubi neque equis, neque hominibus certa vitæ præſidia amplius relinquuntur, & vix in bellum egredimur ipſi, ut nos deficiunt omnia, redeundum eſt domum neceſſariò, aut præter tempus turpis ineunda pax, ſive induciæ cum Principis infamiâ,

*Sine annona ubertate reliqua omnia nil proſunt.*

miâ, & ergà eum offenſio populorum: duo namque ſubjectorum benevolentiam Principibus conciliant: unum, cum à potentioribus tuentur, & vindicant ſuos: Alterum, cùm illis benè cum iis conveniet, ſine quibus commercia & negotiationes ipſorum ægrè, & cum difficultate peraguntur.

## DOCUMENTUM VI.

### V. *Dicaſterium Conſilii Legum.*

Quintum eſt Legum, & ità appellandum eſt Legum conſilium. Hujus incumbit curæ, audire, quibus functionibus, quibus Magiſtratibus, quibus Rectoribus, & cum quali & quantâ potentiâ, & auctoritate Principatus indigebit. Iſtud adinveniet, qui deſiderabuntur, novos, veteres verò vel ſuperfluos abrogabit. Id habebit prætereà onus condendarum, declarandarum, mutandarum, & delendarum Legum, & inſtituendarum, ut dixi, neceſſariarum. Hoc conſilium erit ceu Pater & Defenſor Legum, omnemque animi, ſeu mentis ſuæ in id intendet aciem, ut ſine ullâ exceptione, re & veritate eis ſatisfiat. Propter talis conſilii inopiam videmus in multis Regnis, & Urbibus, minùs Magiſtratuum, quàm Reipublicæ expediret; ex adverſus in aliis plures, & quod omnium eſt peſſimum, alicubi reperiuntur illi ſibi ipſi invicem contrarii, & repugnantes ſunt Magiſtratus. Quod ſi non in rebus peræquè omnibus, ſaltem in aliquibus.

*Diſcordia Magiſtratuum peſſima.*

Undè infinita mala, ſimultates, odia, hoſtiles civium ergà ſe animi, contentiones, & litium controverſiæ enaſcuntur. Quæ demùm conjurationibus & effuſioni ſanguinis, vel ipſius Principis, aut Imperii illius ruinâ, & in alios converſione terminatur; Multi autem iſta non conſiderant. Et quæ ma-

Digitized by Google

malorum ſemina uno anno jaciuntur, eorum meſſis ſuperveniet in ſequenti. Apparet igitur, quantùm ſit poſitum in condendis emendandiſque Legibus.

*Ingentia mala, ex contrarietate naſcuntur.*

## DOCUMENTUM VII.

### VI. *Dicaſterium eſt Conſilii Pœnarum.*

Sextum erit Pœnarum; & ità appello Pœnarum conſilium. Hoc omnia criminalia in ſe uno continebit, quantùm ſpectabit perſonam ipſius Principis, pro re & occaſione, aut viâ aliquâ incidente. Feret etiam ſententiam in & de omnibus criminibus ſecundum illius urbis Leges, ubi committuntur.

## DOCUMENTUM VIII.

### VII. *Dicaſterium Conſilii Præmiorum.*

Septimum eſt Præmiorum, & ità conſilium præmiorum illud vocabo. Huic intererit benè vel ſecùs merita omnium & ſingulorum non ignorare: vitam & mores, virtutes, geſtaſque res habere exploratas, adeò etiam illorum, qui ut non petant, propter ſua rara & excellentia merita, præmia meruerunt. At verò maximè eorum, qui adeò etiam, ut eorum ratio habeatur inſtabunt. Nam ſi infligendæ pœnæ ſunt malis; ſuo honore & præmio minimè etiam defraudare ipſam expedierit virtutem. Omnia autem præmia, quæ Princeps diſtribuit, ex conſilio ipſius conſilii id faciet, nec ſine ipſius ſcitu & concluſione, hâc in parte aliquid aggredietur, aut terminabit.

Interim tamen, quod tale deſideratur conſilium, virtutem paſſim in Aulis videmus, ut plerumque fit, viluiſſe. Omnia

*Virtus literata maximè Principi æſtimanda eſt.*



Digitized by Google

cedunt favori aut nundinationi. E contrario homines nihili, Hypocritæ, Hiſtriones, Sycophantæ, adulatores, plus experiuntur benevolentiæ, fiunt Principum familiares, aucupantur, & aſſequuntur facultates; Idoneus vero, & paulò obſcurus, vel pauper homo in angulo deliteſcit, aut tardè & ægrè admodum virtutis ſuæ refert teſtimonium. Quid igitur ſequitur? Boni aguntur in furorem, nonnulli moliuntur vindictam, vindicta movet factiones, pariunt turbas, cædes, tumultus, & Principis ipſius ac imperii ejus everſionem. Atque hæc quidem conſilia ſunt ſeptem, ad quemlibet gubernandum neceſſaria Principatum, & id cùm propter alias multas & juſtas cauſas, tùm verò ideò maximè, quod in tali diſtinctione ſeu conſiliorum diviſione melius & facilius expediuntur negotia, & Princeps ipſe non tantoperè occupatur, & diſtinetur, cum caruerit, tot tantiſque curis rerum à ſe petitarum, aut petendarum. Ipſi etiam ſubjecti non tantam valetudinis, pecuniæ, facultatum patiuntur jacturam, dum exſpectant deciſiones cauſarum, etiam minimarum, & conſiliarii non habebunt tantum quod agant, diſtributis ipſis negotiis, & ab invicem inter illos ſeparatis.

*Ex malâ diſtributione pramiorum quanta mala naſcantur.*

## DOCUMENTUM IX.

*Totam Regni molem pluribus committendam ne pauci moli ſuccumbant.*

Video quippè laborioſum inſtar mortis eſſe, tribus aut quatuor, aut etiam ſex omnem molem imponi negotiorum, tàm belli, quàm pacis, & pœnarum, præmiorumque, & nunc Reipublicæ curam, nunc ipſius comeatus, & ſexcenta tàm parva, quàm magna, tàm levia, quàm gravia, tàm

jocoſa,

jocoſa, quàm ſeria, divitum æquè & pauperum, quæ vel ipſâ Magiſtrâ experientiâ, nec mediocriter quidem curari poſſunt omnia, ut omninò, qui hæc conſiliariorum ſui Principis non perſpiciat, cœcus eſſe videatur. Qui autem perſpiciunt, & non occurrunt, neque ut plura conſilia conſtituantur, Principi ſuo fiunt auctores, ut eo ipſius negotiis meliùs atque faciliùs provideant: tales ſunt avari, ſunt ambitioſi, ſunt vani, ſunt damnoſi Reipublicæ. Etenim nil aliud propoſitum magis habent, quàm ut adorentur, quàm ut ſe ſuoſque ditent & extollant, etiamſi interim Reſpublica nonnihil detrimenti patiatur. Materia hæc revera eſt gravis & ampla, ſic ut in eâ fuſius explicandâ, me oporteret eſſe longiorem. Sed hæc interim, ex quibus reliqua poſſunt comprehendi, dicta ſufficiant.

## DOCUMENTUM X.

*Conſilii præfectos uni non pluribus tribunalibus præſidere debere.*

Illud autem potiſſimùm conſiderare Principem par fuerit, ut unus aliquis conſiliariorum, conſiliis aliis ne ſe ipſe ingerat, neque ab aliis miſceatur. Exempli cauſa: Conſiliarius qui erit Ærarii, omninò ad reliqua alia conſilia ſex non admittetur; & quod de uno conſilio, hoc & de aliis dictum volo, prorſùs, vel liceat niſi unius conſilii agere res conſiliario nemini: alioquin plura conſilia in unum redigerentur, & nihil eis aliud, quàm nomen vanum & otioſum reſtaret, & ipſe denique infinitis difficultatibus & periculis exponeretur Principatus; undè majora quotidiè & graviora damna exoriri oporteret, quibus commemorandis, nolo eſſe prolixior. Conſequens proindè eſt, ut ordinandis his



Digitized by Google

ſeptem ritè conſiliis, à primo ad extremum conſiderentur omnia minutim in ſuis partibus, ponderibus, & circumſtantiis, de quibus in iſtius capituli exordio eſt diſceptatum. Quod ut adeò lucidiùs declaretur, in Libros ſeptem dividi illud oportebit, & unuſquiſque Liber declarationem conſilii unius continebit, in quem etiam adjumenta pro ſe uniuſcujuſque conſiliarii includentur, & (ut aliquod in iis diſcrimen fuerit) conſiliariis ferè omnibus convenient: dividere autem adjumenta boni conſiliarii generatim. Atque hæc ſunt documenta, quæ *Honoratus Joannius Carolo* Regio puero prælegit.

# PYRAMIS POLYGLOSSA Immortalitati

## *Celeberrimi Viri* HONORATI JOANNII *erecta*. Quâ Viri ſuper æthera noti πανσοφία καὶ πολυμάθεια ob oculos ponitur curioſi Lectoris.

### Prooεμάλιον.

*Um in hoc Libello, eximius ille* HONORATUS JOANNIUS *Regiarum mentium Inſtructor ſapientiſſimus, à viris ſui temporis doctrinâ & ſapientiâ celeberrimis, unà cum familiâ ſuâ* JOANNIA *nobilitate juxtà atque antiquitate celebri, ingenti laudum encomiorumque congerie exornatus fuerit; Reſtat, ut & ego Mercurialem hunc Sapientiæ acervum novâ laudum accumulatione locupletem, & augmentem, quod quidem per Pyramidem hanc polygloſſam haud incongruè fieri poſſe cogitavi; ut quantus fuerit* HONORATUS *ille* JOANNIUS, *gratæ poſteritati innoteſcat.*

CA-

Digitized by Google

## CAPUT I.

# Schema Hieroglyphicum.

Quo

**Honorati** *mens Sapientiâ conferta per analogicum quendam Symbolorum contextum: more veteribus Ægyptiis ſolito exponitur.*




SChematiſmus hic Hieroglyphicus, ſummis myſteriis plenus, ex Noſtro *Theatro hieroglyphico* extractus, per concinnam quandam ſymbolorum analogiam, qualis ſapiens eſſe debeat; & quàm aptè HONORATUS hanc myſtagogiam

pro

Digitized by Google

pro mentis ſuæ opulentiâ complexus fuerit, luculenter exponitur. Sed aperiamus arcanum.

*Expoſitio Schematis.* In hâc myſticâ imagine primò *Harpocrates* ſub formâ pueri ſedentis, capillis ὀφιομόρφοις, ſive in Serpentes degenerantibus exhibetur, qui labiis digito preſſis ſilentia ſuadet; alterâ manu facem præferens cum tribus capitibus papaveris, ex cujus capite auris, cui perſeæ folium inſeritur, cum ſextilis Lunæ charactere, emergit; pharetra quoque poſt tergum cum arcu temerè projecto ſpectatur, cui ad latus conjunguntur primò Noctua, cujus è capite egreditur auris, cui pariter perſeæ folium inſeritur; Deindè gallus, ut in ſuprapoſito Schemate apparet. *Sapientis viri typus.* Quo quidem nihil aliud *Hieromyſtæ* indicare voluerunt, niſi veram Sapientis viri ideam; per *Harpocratem* iis, quæ vides, ſymbolis inſignitum, indicatam. *Quid ſeſſio?* Sedet primò, quia ſola ſapientia quietem & tranquillitatem animi componit. *Quid Juventus?* Juvenis eſt, quia ſapientia immarceſcibilis ſemper floret & viget. *Quid preſſio labiorum?* Digito labra premit, quia ſapientia non inter ſtrepitus & tumultus, ſed ſilentio, ſolitudine, ſeceſſu, & omnium rerum terrenarum contemptu comparatur; *Quid noctua?* quæ per noctuam nocturnum & ſolitarium animal pulchrè indicantur; *Quid Gallus?* gallum adjunctum habet, quia ſapiens omnibus actionibus ſuis, ne præpoſteris finibus in tranſverſum agatur, invigilare debet. Siniſtro cubito galli guttur premit, ut oſtenderet, quietem & otium contemplationis non interturbandum per importunas diurni temporis actiones, quarum gallus nuncius eſt, voceque ad eas excitare ſolet homines. Quemadmodum igitur *Harpocrates* digito labia ſua premit, ità & gallo importuno quietis interpellatori guttur coërcet, quaſi in gutture ejus jam vocem moliente, ſentiretur tacitum quoddam & internum incitamentum. *Quid auris perſea folio ſignata?* Aurem, cui inſeritur perſeæ folium, capiti impo-

impoſitam habet, quod uti, teſte *Horo*, linguæ, ità fructus ejus cordis figuram exprimit, quià Sapiens multum audire debet, & quod per linguam ſapientis Magiſtri didicit, altè cordis penetralibus per frequentem contemplationem committere debet. Papavera præfert cum face accenſà, quià ſapiens maximè in mortis, quæ per papavera ſignatur, & in ſupernarum rerum altiſſimarumque per facem accenſam indicatarum meditatione verſari debet; pharetra poſt tergum, ac temerè projectus arcus indicat, quod quicunque Sapientiæ penetralia intrare vult, is amori rerum terrenarum ante omnia abrenunciare debeat; rerumque corruptioni obnoxiarum, quæ per Lunam & ſerpentem temporis caduci Symbolum, teſte *Horo* indicantur, penitus oblivíſci. Quæ omnia fuſè ex variis Authoritatibus comprobarem, niſi ea propriis iſtiuſmodi ſymbolorum locis alibi explicaſſem, quarè eò Lectorem remittimus. *Quid Papaver?* *Pharetra.*

Quàm verò HONORATUS JOANNIUS hanc Symbolicam congeriem eximiis ſuis virtutum exemplis expreſſerit, jam quàm fuſiſſimè in hoc libello demonſtratum fuit, qui & ſæpiùs illud Senecæ animo volviſſe videtur.

*Pulchrum eminere eſt inter illuſtres viros*
*Conſulere patriæ, parcere afflictis,*
*Cæde abſtinere, tempus atque turbido dare*
*Orbi quietem, ſæculo pacem ſuo*
*Hæc ſumma virtus, petitur hâc Cælum viâ.*

Quibus virtutum ornamentis coruſcans, adeò Orbi eluxit HONORATUS, ut vel ipſa Sapientia ei virtutum documenta dictâſſe videatur, ut ex ſequenti Proſopopæià patet.

## *Proſopopæia Sapientiæ ad* HONORATUM.

Quâ

Abditi ſuprâpoſiti hieroglyphici Schematis Senſus apertis verbis exponuntur.

*Fortunæ domitrix ego ſum, ſcelerumque flagellum*
*Utque hominem tuear, ſuperumque in tecta reportem,*
*Incolumem, ſtygias omnes demolior arces.*
*Ars mea Mortales ad Olympica Regna, Deumque*
*Hortari, monſtrare vias, quibus iter in altum.*
*Neſcio delicias, nullum inſidioſa voluptas*
*Mecum fædus habet; mihi lis de limite Regni*
*Cum vitiis, multumque inter contraria pugno.*
*Me labor aſſiduus validam facit, otia frangunt,*
*Et quoties opus eſt, armis exterrita nullis*
*Congredior, vinci & ſuccumbere neſcia, ſiquod*
*Pondus ab adverſis invictum eſt caſibus æqua*
*Erudiens paucis, Dîs immortalibus ipſis*
*Perſimilem reddo, & tandem ſuper æthera tollo.*
*Cordi ſint inſculpta tuo ſacra Symbola Nili,*
*Cor linguæ conforme tuæ, ſit pectus apertum,*
*Abdita ſed mentis tacito ſub pectore condas,*
*Turbantes galli crocitatus gutture ſtringes,*
*Supernis accenſa bonis, mens luceat Orbi,*
*Noctua ſolivagi verax Sapientis imago.*
*Quidnam te deceat, ſuprà enarrata docebunt,*
*Mortis te memorem collecta papavera ſignant.*
*Pugnas cum vitiis conferta pharetra ſagittis*
*Connotat; excelſâ mortalia temnere mente.*
*Hæc diſces, ſic dona Dei, ſic ſemina morum*
*Sic ſemen virtutum animis Regalibus indes.*

LI.

Digitized by Google

# LIBER SECUNDUS,

*SIVE*

# SPLENDOR & GLORIA DOMUS JOANNIÆ,

QUO

Tùm Viri geſtarum rerum gloriâ præſtantes, tùm potiſſimùm

*Maximum ejus Ornamentum, & grande Decus*

HONORATUS JOANNIUS
Oxomenſis Eccleſiæ Antiſtes

*Nec non*

CAROLI PRINCIPIS HISPANIARUM
*quondam Magiſter, unanimi Hiſpaniæ ſui ævi Scriptorum conſpiratione,*

Meritis Laudibus Literario Orbi ad exemplum proponitur.

Digitized by Google

Digitized by Google

# LIBER SECUNDUS,

Quo

# DOMUS JOANNIÆ

## Origo, propagatio, Heroum geſta, & inter cætera HONORATI JOANNII vita, mores, ſtudia exponuntur.

## PRÆFATIO.

*SI ulla res in hoc humanarum rerum theatro Mortales ad ardua quævis & ſublimia aggredienda & perpetranda anxiè ſollicitat, eum ego acerrimum illum gloriæ ſtimulum inſatiabilemque perpetuandæ memoriæ orexin eſſe aſſeram. Nam ut rectè* Tullius, *Gloria eſt illuſtris & pervagata multorum grandiumque vel in ſuos cives, vel in patriam, vel in commune genus hominum famâ meritorum, nec non conſentiens laus bonorum, incorrupta vox benè judicantium de excellenti virtute, quæ uti vera & luculenta imago gloriæ, & individuus rectè factorum comes eſt, ità à nemine mortalium repudiari ſolet; non propter futuri ſpem beneficii, ſed ob multorum meritorum cumulum, ex fortium virorum geſtis & facinoribus acquiſita; ut proindè nullam aliam laborum, quàm laudis & gloriæ mercedem virtus, inter ſeculi cultores deſiderare videatur.* Cæſar *cum apud* Herculis Templum *in* Hiſpaniâ *res geſtas ab* Alexandro *teſte* Plutarcho, *in picturâ contemplaretur, ingemuiſſe fertur, veluti ignaviam ſuam pertæſus, quod nihil tum memoriâ dignum à ſe actum eſſet eâ in ætate, quâ jam* Alexander

*Stimulus gloria cauſa magnarum actionum.*

*Julius Cæſar.*



*Orbem*

Digitized by Google

*Orbem Terrarum ſubegiſſet. Notum illud apud* Silium Hanniba-lis *dum ad bellandum fortiter ſuos milites cohortaretur.*

Hannibalis *dictum.*

At mihi magna ſatis, ſat vera ſuperque
Bellandi merces ſit gloria; Cætera vobis.

*A naturâ itàque ad fortiter operandum hic gloriæ ſtimulus omnibus inſitus eſt, cum nulla legantur grandium rerum molimina, heroicarumque actionum memoriæ, quæ non ab hoc originem ſuam ſumpſerint; & ex magnarum domuum Regiarumque familiarum primis incunabulis lucidenter patet; ex quibus vel unus quiſpiam, qui tametſi ex infimâ ſæpenumero hominum ſorte natus, tamen ingenti animi fortitudine prædit*us*, ob præſtitorum in bonum publicum aut Regni beneficiorum varietatem, paulatim elevatus per glorioſos meritorum gradus ad ſupremæ dignitatis apicem, ſe ſuamque poſteritatem longè latèque propagatam evexerit. Undè poſteri hujus exemplo concitati, ex inſito gloriæ ſtimulo pari auſu conatuque ad ardua facinora perpetranda animum intendentes, tandem id aſſecuti ſint, ut Domus ſuæ nobilitatem ultrà communem hominum ſortem extulerint. Exemplis opus non eſt, cum illa ubique apud* Hiſtoricos *obvia ſint.*

*Omnia magna ex infimis orta ſunt.*

*3. Gradus ad gloriam.*

*Triplicem autem ad ſummum honoris culmen ſemitam præſcribunt* Ethicæ Philoſophiæ Magiſtri. *Prima eſt vitæ ſanctitas, quæ uti gloriæ ſublimi, quos decorat, ſuprà Solis Lunæque vias ad ipſum Divinitatis thronum exaltatos per θεωμόρφωσιν, continuo contemplationis ſtudio, veluti ſimiles Deo reddit. Ità quoque Moralium virtutum metas longè ſupergreſſa altius aſſurgit, ſuos à terrenarum cupiditatum vinculis abſolutos ibi figit firmiter, ubi ſunt omnia. Altera eſt ſapientia genuina ſanctitatis ſoror, humanarum divinarumque rerum cognitio, & juxtà hanc vitæ beatæ tranſigendæ inſtitutio, de quâ in Proverbiis Salomon:* Beatus homo, qui invenit ſapientiam, & qui affluit prudentiâ; melior eſt acquiſitio ejus negotiatione auri & argenti, primi & puriſſimi fru-

*Vita Sanctitas.*

*Sapientia.*



Digitized by Google

ctus ejus. Prætioſior cunctis opibus ſapientia, & omnia quæ deſiderantur, huic non valent comparari. *Siquidem per hanc, uti alibi proſequitur; Reges regnant, & Legum conditores jura decernunt, Principes imperant, & potentes diſtribuunt juſtitiam; Orbem terrarum exemplis vitæ & diſciplinæ morumque inſtruit, inſigni præſtantium rerum notitiâ intellectum imbuit; voluntatem ad ultimi finis conſecutionem allectat; quo qui inſigniter inſtituti fuerunt, præter immortalem nominis gloriam adeptam, in conſortium filiorum Dei adſcripti, finem ultimum conſecuti ſunt, juxtà illud* qui elucidant me, poſſidebunt vitam ſempiternam. *Tertia eſt Bellicæ virtutis gloria, quâ quicunque agitantur, illi pro bono communi, pro patriæ ſalute, pro Regni incolumitate, fortia aggrediuntur, & ſine mortis formidine, ad prægrandium rerum executionem ſollicitantur impelluntur que, non aliâ niſi gloriæ comparandâ, & quæ eam conſequuntur, mercede contenti.* *Bellica gloria.*

*Atque hæc eſt trias illa gloriæ & immortalitatis, quâ quicunque præclari in Orbe Viri unquàm claruerunt, ſive Domuum illuſtrium conditores, ſive ſanctitate & ſapientiâ celebres, non niſi hujus virtute ternarii, nobilitatem ad poſteros propagârunt. Et mirum ſanè eſt, vel unicum virum ſanctitate & ſapientiâ, vel etiam rerum geſtarum gloriâ inclitum, univerſam quampiam Domum non ſolùm illuſtraſſe, ſed & ad immortalitatem uſque exaltaſſe. Et ut innumera alia prætercam. Sit exemplo nobis Illuſtriſſima* Domus JOANNIA; *Non defuère in iis homines ſanctitate incliti, ſapientiâ clari, in expeditionibus bellicis contrà* Majoricam, Sardiniam, Siciliam, Neapolin *Viri undiquaque celeberrimi. Quæ cum ità ſint, jam ad dictarum rerum veritatem demonſtrandam, ab ovo, ut dici ſolet, nobiliſſimæ hujus* Domus *originem ordiemur.*



Digitized by Google

# SECTIO I.

## CAPUT I.

## *De origine* Domus Joanniæ *in* Græciâ, *& de Imperatoribus, Regibuſque hujus* Domus.

DUcit Illuſtriſſima *Domus Joannia* originem & principium vetuſtate clariſſima ex *Græciâ*, ab Imperatore *Michaële Joanne*, quem *Philippus Bergamus* quoque in *ſupplimento* ſui *Chronici univerſalis*, & *Philadelphus Munoz* in ſuo *Theatro de Nobilitate Siciliæ*, appellant *Michaëlem Amorienſem* à civitate ſuperioris *Phrygiæ Amorio nativitatis* ſuæ incunabulis; *Michaël* quoque *Balbus* à blæſæ linguæ vitio, in *Eccleſiaſticâ hiſtoriâ Baronio* teſte nominabatur. Erat hic Archiſtrategus, ſive Ductor Exercituum *Leonis* Imperatoris, Hic *Leo* neſcio, quo fato perduellium conjuratione ex *Conſtantinopolitanâ urbe* ejectus, unà cum uxore filiiſque in exilium exactus, ibidem vitam violentâ morte finivit; in cujus locum ſucceſſit *Michaël Joannius* unanimi Imperii conſpiratione in Imperatorem electus, & in Templo *S. Sophiæ*, à Patriarchâ Diademate Imperiali condecoratus, ab univerſo populo Imperator *Orientis* proclamatus fuit 22. menſis Novembris, anno ſalutis noſtræ 820, teſte *Ignatio* iſtorum temporum ſcriptore *apud Baronium* Cardinalem. Erat *Michaëli II.* Imperatori filius, cui nomen *Theophilus*, quem anno 824. in conſortem Imperii, & poſt mortem quoque in Succeſſorem aſſumpſerat, quemadmodum habetur ex literis, quas per Legatos ad *Ludovicum* Regem *Franciæ* Imperatoremque *Occidentis* dederat, patet; quarum titulus iſte erat: *In nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti, Dei unius & veri*, Michaël, & Theo-

Bergam. *lib.* 11. *fol.* 236.

& Theophilus *fideles in ipſo Deo Imperatores Romani, ad dilectum & honorabilem Fratrem* Ludovicum, *glorioſum Regem* Francorum & Longobardorum: teſte *Baronio tom.* 9. *Annalium, pagina* 572, & 530, dicitur, quod *Michaël* cum filio *Theophilo* ad *Eugenium* II. Papam Legatos unà cum ſacro Euangelii codice gemmis, pretioſiſque lapidibus quàm ornatiſſimo, præterea calicem cum patena ex auro obrizo conflatam, inſertis circum circa ingentis pretii lapidum pretioſorum cimeliis, miſerit; inſcripto quoque in eo, numero annorum imperii ſui, eâ intentione, ut ea ad perpetuam memoriam offerentis Sanctiſſimo & Beatiſſimo Patri, & Principi Apoſtolorum Divo *Petro* conſervarentur. Obiit hic *Michaël Joannes Balbus* Imperator hujus nominis II. Primo menſis Octobris, anno Domini 829. anno Imperii 9. & in locum ejus ſucceſſit *Theophilus Ioannes* filius, qui ductâ in matrimonium *Theodorâ*, fæminâ ſanctimoniâ clara, & poſt decem Imperii ſui annos & quatuor menſes obiit 28 Januarii: antequam verò moriretur, ſe in lectulo portari juſſit ad Eccleſiam Magnauram nomine, & convocato Senatu & Proceribus, Illuſtribuſque civibus, poſtquam ei tragicas ſuas calamitates, & cataſtrophas expoſuiſſet, ab iis pro benevolentiâ, quâ eum proſequerentur, id unicè expetiit, ut curam haberent tum uxoris, tum filiorum in legitimâ Imperii poſſeſſione eos defenderent, quod ſe præſtituros etiam cum ſanguinis effuſione polliciti ſunt; Quæ omnia exactè apud *Baronium Tomo* 9. *pagina* 615. à *Gennadio Patriarchâ Conſtantinopolitano in expoſitione Conſilii Florentini ſect.* 5. deſcripta reperies; ubi viſionem quoque deponit Imperatricis *Theodoræ* de ſalute Auguſti mariti ſui defuncti à Deo impetrata. Verba Gennadii citato loco ſunt: *Provoluta itàque* Theodora *ad judicis illius tremendi pedes cum lachrymis deprecabatur pro viro ſuo, ad quam terribilis Iudex dixit: Mulier, magna eſt fides*

Baron. tom. 9.

*tua, propter te, Sacerdotumque continuas deprecationes conjugi tuo do veniam.* Eadem nocte, quâ tàm ardenter *Theodora* pro conjuge ſuo ad Deum preces effuderat, *Methodius* Patriarcha vidit Angelum in Templum intrantem, dicentem ſibi, Epiſcope exauditæ ſunt preces tuæ, *Theophilus* enim ſalutem obtinuit. *Theodora* verò Auguſta ob vitæ tranſactæ ſanctimoniam poſt obitum, albo Sanctorum adſcripta 11. Febr. ſolenni feſtivitate colitur, elogiiſque metallo inciſis unà cum ectypis tum *B. Theodoræ* tum *Michaëlis III.* & ſororis *Thedæ*, magnificentiſſimè adornatis. Vide *Baronium citato loco.* Porrò pro *Theophilo* poſt mortem Patris cum adhuc minorennis eſſet, Imperium rexit *Theodora* Imperatrix mater ejus anno 854. *Theophilus* jam adultioris ætatis, & Imperio gubernando maturus, in uxorem duxit *Eudoxiam* Imperatricem, & uti erat martiali ingenii vigore præditus, ità ſtatim comparato exercitu movit contrà *Inſulam Cretenſem*, & *Thraciam* anno 867. deindè redux *Conſtantinopolim* ipſo die Pentecoſtes, ex ſingulari, quâ proſequebatur *Baſilium Patricium* camerarium ſuum, eum in filium adoptatum coronæ Imperialis participem fecit, ut cum eo unitim Imperii ſuſtineret gubernacula; Verùm uti humanæ felicitatis ſtatus diù conſiſtere non poteſt, ità quoque neſcio quibus diſſidiis inter *Theophilum* & *Baſilium* Imperatores exortis, aſtutiâ tandem, & vulpino calliditatis aſtu *Photii* accidit, ut ſuaſu ejus, Imperator ſententiam de adoptione *Baſilii* in conſortem Imperii revocaret, atque *Baſiliſcum* in ejus locum exaltatum, purpurâ veſtitum, coronâque Imperiali ornatum, Imperatorem proclamaret; undè inter *Baſilium* & *Theophilum* atrox mox hoſtilitas nata eſt; *Baſilius* ob injuriam ſibi illatam, ingenti conjuratione, nocte intempeſtiva cubiculum irruens, Imperatorem *Theophilum* violentâ manu trucidavit anno 867. poſtquam Imperium rexiſſet 24 annos,

qui

Digitized by Google

qui & tyrrannica perduellium factione promotus in ejus locum ſucceſſit. *Baſilius*, quemadmodum *Joannes Curopalates, Zonaras*, *Cedrenus*, *Baronius* referunt, poſito ſibi cognomine *Baſilius Joannes*, eò quod à *Michaële III. Joannio*, quem occiderat, in Filium adoptatus, Imperiique conſortem fuiſſet; quam hiſtoriam fuſè quoque deſcripſit *Ritonius Leontinus in hiſtoriâ de irruptione* Maurorum in Siciliam, & *Philadelphus Munoz tom. 3. Theatri nobilitatis Siciliæ.*

Non ſtitit hic adeò Illuſtre principium *Domus Joanniæ*, quæ uti habuit pro fundatoribus ſuis, Orientalis Imperii Cæſares, rerum geſtarum gloriâ celeberrimos, ità quoque poſterioribus ſeculis nullo non tempore iis claruit. Verùm ne horum Cæſarum inſignia gentilitia omittam, ſic ea *Philadelphus Munoz* deſcribit; *Spectabuntur in campo argenteo duo dracones coronati viridi colore expreſſi, ſub formâ pugnantium, primus enſe, alter clavâ ſpectabilis.* Poſt mortem verò Imperatoris *Michaëlis III. Domus Joanniæ* poſteri rigorem & truculentiam *Baſilii* Imperatoris fugientes, unà cum divitiis & opulentiâ pecuniariâ, aliiſque rerum pretioſarum cimeliis ſecum abductis, quidam in *Græciâ*, nonnulli in *Italiâ*, cæteri in *Hiſpaniâ* tutiores ſedes conſtituerunt, ubi ſummo ſplendore, & magnificentiâ viventes, Imperatoriam Domum, à quâ deſcenderant, quibuſcunque poterant modis, conſervare non deſtiterunt, in *Græciâ* potiſſimum, ubi tunc temporis exiſtebat ſoror *Calo Ioannis* Imperatrix, & vidua *Alexii* Imperatoris III. anno 1081, quæ nupſit *Gulielmo II.* Duci *Pullæ* filio *Rogeri III.* uti refert *Michaël Riccius* de Regibus *Siciliæ* lib. 1. pagina 129, hiſce verbis: Apuliæ *Principatum* Gulielmus *excepit filius* Rogerii, *oppida* Siciliæ *ceſſerunt in* Rogerii *poteſtatem*, *iſque* Paſchali *Pontifici ſex aureorum millia dedit in nervum belli contrà Antipapam* Gibertum, *pacemque ab eo impetravit; ipſe quoque*

 Guliel-

Gulielmus Alexio *Imperatori Conſtantinopolitano vitâ functo* Calo Joannis *ſororem in matrimonium ſibi duxit, atque in connubii dotem* Conſtantinopolim, *præfecturaſque* Apuliam, Calabriamque, *quas* Callixto *ejus nominis I. qui* Paſchali *ſucceſſerat abiens commendavit, qui deindè anno* 1203, *ab* Innocentio III. *Pontifice Maximo coronam Regni* Serviæ & Bulgariæ *accepit*; *alter* Calo Joannes; *uti legitur apud* Bzovium tom. 3. Annal. folio 107. & *poſt hæc alius extitit hujus nominis* Calo Joannes *Imperator Conſtantinopolitanus anno* 1357. *uti ſcribit* Platina & Ciacconius *in vitâ* Innocentii III. *Pontificis Maximi.*

## CAPUT II.

## *De Tranſlatione* Domus Joanniæ *in* Venetias, Paduam & Neapolim.

INter cæteros *familiæ Joanniæ* poſteros, qui ex *Græciâ* in *Italiam*, & hinc *Venetias* tranſmigrârunt, fit quoque mentio *Theophylacti Joannis*, cùm *Venetæ* Reipublicæ gubernacula teneret Dux *Participaſſius* ad annum 912. Hic quatuor navium tùm militibus, tùm comeatu, quàm abundantiſſimè inſtructarum conductor deſtinatus erat ad ſuccurrendum *Conſtantino VII.* Imperatori, à *Bulgaris Adrianopoli* obſeſſo; Erat autem *Theophylactus* primogenitus *Sebaſtiani Joannii* ſive *Zuan* (ſic enim *Joannes* appellare ſolebant *Venetorum* ſive veteri *Gothorum* & *Longobardorum* idiomate) Ducis *Venetiarum* anno 1173. Principis heroicis planè virtutibus inſtructi; hic uti erat zelo Religionis, & fortitudine animi eximius, ità quoque Sedi Apoſtolicæ graviter laboranti magno pietatis ſenſu in periculoſo illo Eccleſiæ ſchiſmate, quo *Fridericus III.* perduellis bellum contra *Alexandrum III.* Pontificem movebat; Pontifex ſiquidem *Romæ* à machinis *Friderici* minimè ſecurus

Digitized by Google

ſecurus cum ſub peregrini, ſive, ut alii volunt, coci habitu *Venetias* fugiſſet, & per *Gallum* quendam, *Commodum* nomine agnitus deteſtuſque fuiſſet, mox re ad *Sebaſtianum* Ducem delatâ, hic nihil non egit, quàm ut eum eo honore, reverentiâ & veneratione exciperet, quam merebatur Papa legitimus & verus *Chriſti* in Terris Vicarius. Longum foret, totam hiſtoriam jam à tot Authoribus deſcriptam hoc loco reiterare: Sufficiat, *Sebaſtianum Ioannium* Ducem *Venetorum*, pro eâ qua in Sedem Apoſtolicam ferebatur, reverentia & veneratione, Pontificem exulem ſuæ Sedi reſtituiſſe, præterea navali prælio *Fridericum* Imperatoris filium *Ottonem* deviſtum ſubjugatumque Pontifici reconciliaſſe, atque ob reportatam in pelago viſtoriam die Aſcenſioni Chriſti ſacro ſolemnem feſtivitatem deſponſationis maris, quæ in hunc uſque diem durat, inſtituiſſe, atque ab *Alex.III.* ob ingentem meritorum cumulum, primò perpetuo *Venetorum* Ducis titulo, deindè quoq; ingentibus honorum privilegiis, & *Sebaſtianum Ioannium* Ducem *Venetorum*, filioſque, ob pacem & concordiam Eccleſiæ eorum curâ & ſollicitudine reſtitutam, condecoratum fuiſſe.

Anno itàque 1205. in Ducali Reip. ſolio ſucceſſit *Sebaſtiani* filius, *Petrus Zuan*, ſive *Ioannes*, teſte *Sanſovino in Libro de origine* Venetorum; & refert *Philadelphus Munoz in ſuo Theatro* eum Eccleſiæ *S. Mariæ de Virginibus* diſtæ fundatorem fuiſſe; habebat is præterea uxorem *Conſtantiam* filiam *Tancredi* Regis *Siciliæ* cujus fæcundâ progenie, nullo non tempore in Venetâ Rep. viri extitere, tùm armorum, tùm literarum gloria celebres.

In eodem Veneto Territorio, potiſſimùm *Paduæ* dilatata *Familia Ioannia* anno 1308 diſtæ urbis Præfeſtum habuit *Reginaldum Zuan* ſive *Ioannium*, cujus filius *Antonius* in uxorem duxit *Iuliam Colaltam* ex nobiliſſima familia fœminam, & *Colaltus* quoque reciproco matrimonio nupſit *Mariæ Ioanniæ* filiæ

*Marci Ioannii* Procuratoris S.*Marci*, & Architalaſſi Claſſis Venetæ; Florebat tunc temporis & *Albericus Ioannius* celebris Parmenſium Capitaneus anno 1342.

Non defuerunt quoque Neapolitano Regno ex antiquiſſimâ hâc *familiâ* Viri celeberrimi, quos inter *Balthaſar Ioannius*, unus ex Conſulibus urbis Neapolitanæ anno 1009, regente Rempublicam *Oligario Stellâ*, ſicuti legitur in expeditione quâdam de Conſulatus æqualitate, relata ab *Elio Marchione in Hiſtoriâ* ſuâ *de familiæ capece*, depromptâ ex *Pomponio Læto antiquario* quem deindè *hiſtoriæ* ſuæ inſeruit *Joannes Antonius Sommontius lib*.1. *pag*.447. *Munoz* quoque in ſuo *Theatro* meminit alterius cujuſdam *Petri Joannii*, tempore *Gulielmi Boni*, Regis *Siciliæ*.

## CAPUT III.

## *De Tranſlatione* Domus Joanniæ *in* Cataloniam, Galliam & Majoricas Inſulas.

SI ulla *Hiſpanicarum* Provinciarum apud Hiſtoriographos, celebrem nominis famam aſſecuta eſt, ſive in iis rerum geſtarum gloriam, ſive ex fertili ſolo copioſam rerum omnium ubertatem, ſive denique populi multitudinem ſpectes, illam ego audacter *Cataloniam* eſſe dixerim; neque diffidebuntur ii, qui hiſtorias hujus Regni diligenter excoluerint; de cujus etymo nominis variæ agitantur ſcriptorum opiniones. Sunt qui eam à *Gothis* & *Alanis* derivant; uti enim ii ad primum in *Hiſpaniam* ingreſſum, eam armorum violentiâ occuparunt, itâ quoque ab ipſorum nomine, *Gotalaniam*, ad perpetuam memoriam, appellandam cenſuêre. Quidam verò contrà, hoc nomen ei impoſitum fuiſſe referunt à *Carolo Magno* Imperatore, & Rege *Franciæ*, eò quod primus *Cataloniæ*

Catalonia à Gothis & Alanis *ſic dicta*.

Digitized by Google

*loniæ* Expugnator, poſſeſſorque fuerit *Augerius Catalo*, origine *Germanus*, ſic dictus ab oppido *Catalo* in *Aquitaniâ* non longè *Tholoſâ* diſſito, cujus Præſidem, & Gubernatorem *Pipini* Regis *Franciæ* juſſu agebat. Alii aliter à diverſis accidentibus dictam eſſe volunt. Fuit autem *Catalonia* omni tempore in *Hiſpaniâ* fæcundiſſima hominum tùm literis, tùm exquiſitæ nobilitatis, illuſtrium mater. Erat tunc temporis tota provincia ſub jugo *Maurorum*, qui durâ ſervitute *Chriſtiani* nominis gentem miſerabiliter premebant; undè Legatione ad *Carolum Magnum* Imperatorem expeditâ, quâ *Chriſti* cultui addicti, quibuſcunque poterant modis, Religioſiſſimi Principis animum, ut ad *Maurorum* tyrannidem coërcendam, comprimendamque, auxilio ſubſidioque foret, ſollicitarunt, qui tot tantiſque devotorum precibus evictus, ingenti comparato exercitu *Mauros* adortus, *Cataloniam* haud ſanè magno labore recuperavit. Scribit *Regino* Hiſtoricus apud *Zuritam*, Exercitum Imperatoris, ex innumeris gentibus, *Burgundis*, *Auſtraſiis*, *Boys*, & *Narbonenſis Galliæ* Provinciæ, & *Auxitaniæ*, quam *Longodociam* vocant, populis, quin ex *Longobardiâ* accitis copiis, conflatum fuiſſe.

Catalonia à Catalone *ejus primo expugnatore ſic dicta.*

Cataloniâ *celebris hominibus tùm armis tùm literis conſpicuus.*

Carolus Magnus *Imperator* Cataloniam *expugnavit ingenti exercitu ex omnibus gentibus conflato.*

Anno itaque 785. *Girona*, & *Barcinon*, caput *Cataloniæ*, *Carolo* Imperatori & Regi ſe ſubdiderunt: Et quamvis poſteà anno 791. *Mauri* eam novo aſſultu recuperârint, *Ludovicus* tamen *Pius Caroli Magni* filius, valido exercitu eam denuò è manibus *Maurorum* ereptam ſuæ juriſdictionis, & ſolenni pompâ, & triumpho *Barcinonem* ingreſſus, fecit; ubi & privilegio particulari per inſtrumentum, (quo *Cataloniæ* prima fit mentio) Baroniam *de Centellas* contulit *Coltaldo de Craon* anno 792. quemadmodum Hiſtoricus celebris *Ioſephus Pellicerius de Touar in Ideâ ſuâ de Cataloniâ*, *pagina* 430. refert, quo libro quoque *Cataloniæ*, nomen anteà, & *Romanis*, & de *Gothicis* rebus

Mauri *eam recuperant, ſed* Ludov. Pius Caroli *filius eam denuò expugnavit.*

rebus Scriptoribus prorſùs ignotum fuiſſe ſcribit. In creſcentibus verò tunc temporis, magnæ nobilitatis hominibus, tùm *Cataloniæ*, tum in aliis Regnis à Regibus eorum acquiſitis, inter cæteras celebriores *Domus*, *familia Joannia* quoque computata fuit; quomodò verò ea in *Cataloniam* penetrârit, aperiam.

Domus Joannia *quomodo in* Cataloniam *pervenerit.*

Diximus ſuprà in ſecundo capite hujus, perſecutione *Baſilii Orientis* Imperatoris, *Ioannios* ex *Græciâ* expulſos, alias ſedes quærere coactos fuiſſe, & alios quidem in *Italiam*, ejuſque celebriores urbes, *Venetias*, *Paduam*, & *Neapolim*; alios in *Cataloniam* tranſmigraſſe, quos inter ex *Græciâ* in *Cataloniam* profugos, primus fuit *Honorius Joannius*, qui ob ſtirpis ſuæ nobilitatem, & heroicas animi dotes, quibus inſtruebatur, à *Catalanis* mox in Capitaneum contrà *Maurorum* inſultus, jam victoriis celebris, electus fuit, anno 868, quemadmodum refert *Jacobus Marquiles* in *Chronico ſuo de Cataloniâ*; *Alexander* verò *Joannius Honorii* filius, glorioſo patris exemplo ſtimulatus *Ixar* Civitatem *Maurorum* expugnatam ſui juris fecit, ex cujus dominio deindè, juxtà relationem citati jam *Marquiles* & *Munoz*, inſigne *Domui Joanniæ* incrementum acceſſit clariſſimorum hominum, qui inſtar muri fortiſſimi *Maurorum* inſultibus ſe oppoſuerunt; & fuerunt ſequentes: *Honorius Joannius II. Gulielmus*, *Coroila*, *Sanctius*, *Nicander*, *Honorius* III. *Petrus Berengarius*, *Honoratus*, *Berengarius* II. *Raymundus*, & *Gulielmus Ioannius*, qui omnes ab *Honorio*, & *Alexandro* filio deſcendentes mirum in modum ſe dilatantes, multarum urbium dominio potiti ſunt.

Imò quicumque illuſtrium familiarum *Aragoniæ Valentiæ*, & *Cataloniæ* origines proſecuti ſunt Authores Genealogi, illi *familiam Ioanniam*, ſive antiquitatem, ſive generis claritudinem ſpectes, utpotè rerum geſtarum gloria reliquis ferè omnes ſemper prætulerunt, & in hac tempeſtate remanent

in

Digitized by Google

in *Cataloniâ* hujus nobiliſſimæ familiæ Viri præſtantiſſimi, qui ut pietatem & fidem in Regem & Patriam monſtrarent, poſthabitis propriis poſſeſſionibus, Dominiis, Dignitatibus, quin vel ipſâ vitâ perpetuam inſignem fortiter geſtarum memoriam reliquerunt, inter quos extat *Henricus Ioannius*, Eques Hieroſolymitanus, Equeſtrium Copiarum Ductor, *Joſephus Joannius* Equitum Magiſter, & *Joannes Ioannius*, de quorum geſtis lege *Comitem de Peralada in Libro cui Titulus Præſagia fatalia*; & *Alexandrum Ros in Hiſtoria de Cataluña deſengãnada.*

Quemadmodum verò ex fœcundâ Domus propagine Viri ingenio, literis, armiſque illuſtres continuò prodierunt, ità quoque multiplicata jam familia, quiſque alibi fortunæ fabricam orditurus in diverſa Galliæ, & Hiſpaniæ Regna Inſulaſque adjacentes ad invicem ſeparati novas condidêre familiæ ſuæ colonias, atque ut à primis rem exordiar. **Propagatio Domus Joanniæ.**

*Petrus Ioannius* alter *Honorii primi* filius, & *Alexandri* frater, relictâ *Cataloniâ*, in *Galliam* abiit, ut Imperatori *Ludovico* II. Regi *Franciæ*, obſequia ſervitutis offerret. Rex cognitâ Viri prudentiâ atque generoſo pectoris heroici vigore, eum Provinciæ *Galliæ Narbonenſis* Gubernatorem præfecit anno 884. ubi novam Domus ſuæ fecit coloniam; ex hâc enim proceſſerunt ſucceſſu temporis *Nicolaus Henrichettus*, *Theobaldus*, & *Oliverius Joannius* Capitanei clariſſimi *Ludovici V.* Regis *Franciæ* anno 1232. Sic referunt *Munoz* & *Guagninus in Hiſtoriâ Franciæ.* Sed jam ad *Ioanniæ Domus in Majoricis Inſulis* propagationem progrediamur. **Colonia Domus Joanniæ in Gallia.**

Cum *Majoricâ Inſula* antiquis *Balearia* dicta, à *Mauris* incoleretur, illa uti littoribus *Hiſpaniæ* vicinior erat, ità quoque *Mauri* ejus indigenæ continuis excurſionibus

pyraticiſque invaſionibus ingentia nullo non tempore maritimis *Hiſpaniæ* populis damna inferebant, tot calamitatibus modum conſtituturus ſeriò coacto Primatum Conſilio, quid agendum, & quibus modis *Maurorum* furori, machiniſque contrà *Chriſtianos* motis obviandum foret, ſeriò ſecum deliberavit *Jacobus* I. *Aragoniæ Rex*, determinatumque fuit, *Inſulam* validâ maritimæ claſſis undique comparatæ manu expugnandam eſſe, quod & brevi, Deo auſibus Regiis adſpirante, magnâ felicitate ad votum omnium ſucceſſit; ſiquidem expulſis *Mauris* Rex *Jacobus* poſt *Inſulam* in poteſtatem ſuam redactam, novam *Hiſpaniarum* coloniam introduxit. Erat tum temporis in Exercitu nobiliſſimus Eques *Coma Ioannius*, qui ob inſignem, quam in illâ expeditione ſummâ fortitudine, & laude præſtiterat operam, Regi cumprimis charus erat; undè ex meritorum tanti viri recognitione impulſus, eum viginti duarum in iſthâc *Inſulâ* poſſeſſionum Dominum hæreditarium, & legitimum conſtituit; atque adeò hunc primum fuiſſe, Hiſtorici referunt, qui *Familiam Ioanniam*, quæ jam à 434. annis in hanc uſque ætatem durat, continuâ ſucceſſione in *Balearicis Inſulis* propagata fuerat. Quæ omnia fuſius proſequitur *Joannes de Ameto in Hiſtoriâ Regni Majoricæ*.

Baleares Inſulæ *expugnantur.*

## CAPUT IV.

### *De Tranſlatione* Domus Joanniæ *in* Valentiam, *& de Viris Illuſtribus hujus* Domus *in* Valentino *Regno.*

*Propagatio* Familiæ Joanniæ *in Regno* Valentino.

JAcobus I. *Aragoniæ* Rex, poſt *Inſularum Balearicarum* acquiſitionem ad *Valentiæ* Regnum, pari felicitate conquirendum, animum cæpit adjicere: Anno enim 1234. cum complura jam oppida circumjacentia Regni in ſuam rede-

redegiſſet poteſtatem ipſum Regni Caput adortus, obſidione cinxit anno 1238. quod & feliciter, uti refert *Antonius Beuterus*, auxiliaribus copiis tùm Equitum Ordinis *Templariorum*, tùm Ordinis, qui *de Calatrava* ſe vocant, expugnavit; quos inter præcipuè eluxit robur & fortitudo, teſte *Joanne Sanchez in vitâ Alphonſi*, *Petrus Joannius* Magnus Magiſter Ordinis Equitum *de Calatrava*, tempore Regis *Jacobi*; & *Rodericus Joannius* Ordinis *Templariorum* Vicarius Generalis. Quæ omnia *in Genealogico Nobilitatis* Siciliæ *Theatro à Philadelpho Munoz lib.* 3. *fol.* 385. luculenter deſcribuntur; Jungit hic hoſce *Joannios Valentinos* originem ſuam traxiſſe à *Petro Joannio*, magno Magiſtro Ordinis *de Calatrava*, qui Regi *Iacobo* in Regnorum conquiſitione ſemper adſiſtebat.

In obſidione *Saguntinâ* ſub *Aragoniæ* Rege *Jacobo* I. duo fratres fuiſſe *Ludovicum*, & *Petrum Ioannios*, traditur, qui celebre fortitudinis exemplum poſteris reliquêre: Siquidem obſeſſæ Urbis ſtatum recognituri, ruſtico induti amictu, nec non ad latentis doli ſuſpitionem avertendam recentis tritici faſcibus onuſti, non tàm confidenter, quàm audacter urbem ingreſſi fuerunt, ſed mox deprehenſi, ac rigido torti examine, pro talibus, quales præ ſe ferebant, urbis exploratoribus cogniti, captique, *Turri Herculis*, (ità vocabatur carcer) incluſi fuerunt, ubi ſeptendio ſine cibo potuque commorati, ſolo ſpicarum, quas ſecum portârant frumentorum alimento vitam tolerantes. Verùm miſerandum Captivitatis ſuæ ſtatum conſiderantes, uti premens neceſſitas in omnibus ingenioſa eſſe ſolet, de modo ſe ex miſerando hoc Captivitatis ſtatu liberandi, anxiè conſultârunt, cum verò nihil occurreret eorum, quibus exitum ſibi facere poſſe, ſperabant præter duos, quos in faſciculis tritici abſconderant, pugiones, hiſce paulatim murum ſubfodicare cæperunt, interim quibus

Ludovicus & Petrus Joannius *arduum moliuntur pro patriæ ſaluto facinus.*

omnibus in hoſtium aſſumptibus toto conatu repulſandis diſtentis, uti non erat, qui curam captivorum haberet, ità illis paulatim ſatis temporis ad perficiendum, quod cæperant fodicationis opus reliquerunt; quod & feliciori ſanè ſucceſſu, quàm ſperare poterant, ad finem perduxerunt; aperturâ ſiquidem tantæ amplitudinis, quæ hominem capere poſſet, factâ, exierunt, atque inter civium tumultus incogniti, exploratiſque priùs viribus, & robore obſeſſorumque ſtatu, deindè aliis militibus commixti callidè urbem egreſſi, modum, quo ex carcere evaſiſſent, quæque viderant obſervârantque in Urbe Regi ordine expoſuerunt, rationem quoque, mediaque, quibus & quo loco Urbs expugnari poſſet, ſuggeſſerunt, quorum Conſiliis Rex acquieſcens, tandem novo & vehementi impetu urbem aggreſſus, in ſuam tandem poteſtatem redegit; undè à Rege ſummis honoribus affecti, ad perpetuandam rei memoriam, ex gentilitio familiæ ſcuto ſublatâ Aquilâ, duos leones auratos in campo cæruleo, quorum uterque faſciculum ſpicarum in manibus tenebat, poſuerunt; Verùm horum filii ſucceſſu temporis in varias *Hiſpaniæ* Regiones diſperſi, uti ſe ex *Ioanniâ Familiâ* eſſe teſtarentur, relictis leonibus ſpiciferis arma ſua gentilitia novis differentibuſque ſymbolis pro cujuſque ingenio immutantes, alii in honorem Sancti *Ioannis Baptiſtæ*, ipſam Sancti imaginem, aut loco *Leonis* Angelum vexillo ſpectabilem, alii in honorem *Sancti Ioannis Euangeliſtæ* Aquilam poſuerunt.

*Arma gentilitia* Domus Joanniæ *eorumque origo.*

Atque ab hiſce duobus Equitibus ſanè clariſſimis *Domus Ioannia* intrà *Valentini* Regni Metropolim traducta, mirificè ſe propagavit, diverſis Regni ſtatibus, & Dominiis in eorum poteſtatem redactis, ità quemadmodum ſupra citati Authores ferunt, per 300 ferè annos *Ioannia Familia* præcipua

*Valen-*

Digitized by Google

*Valentinæ* urbis, & Regni munera, inſigni ſplendore & magnificentiâ ſuſtinuerunt, atque etiamnum hujus *Familiæ* poſteri Comites de *Penalva*, ac Barones *de Tous*, Comites *de Cartet*, Marchiones quoque *de Centellas* in Regno *Neapolitano*, hujus *Joanniæ Familiæ* decorem inſigni nominis celebritate, tueri non ceſſant.

Qui verò ex hâc *Familiâ* in Regno *Valentino* Equeſtri dignitate conſpicui Viri ſuperſtites floruerunt, fuerunt *Petrus*, *Ioannes*, & *Bartholomæus Joannius*, quorum hic 1336. Quæſtoris munere apud *Petrum* IV. Regem *Aragoniæ*, ſummâ laude, & ſatisfactione functus eſt. *Gulielmus Joannius*, eidem Regi in magni momenti expeditionibus, nec non in conquiſitione *Cerdenæ* anno 1356, quà conſilio, quà ſubſidiis, profuit.

Eminuit & alius *Petrus Joannius*, majoris Juſtitiæ præſes in Urbe *Valentinâ*, anno 1366, cui & nomine Regni ad fidem Regi præſtandam pro honorificâ legatione functus, amandatus fuit; Porrò in ſolemni illâ celebratione nuptiarum, quas Sereniſſimus *Martinus* filius Regis, Dux *Montis Albi*, cum filiâ Regis *Franciæ Perpiniani* anno 1371, inſtituerat ex præcipuâ Regni *Valentini* nobilitate ad convivii ſponſalitii feſtivitati adſiſtendum, electi fuerunt duo Equeſtris ordinis Viri Illuſtriſſimi, *Georgius Joannius*, & *Petrus Marrades*, *Pedro Iuan* Cavaliero Valenciano hijo de *Gonzalo Iuan* Sir con gran valor, y fidelidad en *Sicilia*, y en *Neopatria*, al Rey D. *Pedro* IV. de *Aragon*, anno 1382. Erat & alius *Petrus Ioannius* in magno illo Eccleſiæ Schiſmate in anno 1398. Capitaneus militiæ pſeudo-Pontificis *Benedicti de Luna*, celeberrimi nominis Viri, habebat is filium nomine *Alvarum Joannium*, qui Patri in officio ſuccedebat.

Porrò poſt mortem *Martini* Regis, ad tumultus & ſeditiones populi, quæ ex novi Regis electione expedienda exortæ

 fuerant

Digitized by Google

ſuerant anno 1411. ex præcipuâ Regni Valentini nobilitate novem viri, qui diſſidiorum cauſas examinarent, animoſque diſcordes ad quietam, & pacificam electionem diſponerent, conſtituti fuerunt, quos inter unus fuit *Bernardus Ioannius*, Dominus *de Tous* & *Canet* : *Zurita* quoque celebris *Hiſpaniæ* Hiſtoricus refert, de *Marci Ioannii* Legatione, quam *Alphonſus* V. Rex *Aragoniæ* ad *Joannem* Regem *Caſtellæ*, anno 1425 inſtituit, alium ad iſtiuſmodi magni ponderis munus magis idoneum, quàm *Marcum Ioannium* Equitem Valentinum, non inveniſſe.

Arx Civitatis *Xativæ*, quâ Regnum *Aragoniæ* neque fortiorem, neque majoribus authoritatis titulis ditatam habuit, huic primus ex *Domo Ioanniâ* præfuit *Martinus Ioannius* anno 1426. cui in officio ſucceſſit *Petrus Ioannius*, & poſteà *Martinus Ioannius*, quem *Ferdinandus de Aragonia*, Dux *Calabriæ*, filius *Federici* Regis *Neapolitani* conſtitutus anno 1512. *Philippus* frater *Martini Ioannii* II. Canonicus Xativenſis, & à Cubiculis Pontificis *Alexandri* VI. fuit anno 1501. fatis functus. Longum foret, ſi ex hâc *Domo* Viros Illuſtriſſimos, qui in Regno *Neapolitano*, *Alphonſo* in bellis gerendis, ſub *Fernando* Rege *Catholico*, & ſub *Carolo* V. inſignem quà togâ, quà ſago operam præſtiterunt; de quibus vide *Vicianam* & *Eſcolanum in Chronicis*. Extat *Neapoli* in ſacello ſummi Tribunalis, quam *Vicariam* vocant, hodiè epitaphium *Franciſci Ioannii*, qui dictum Tribunal, & deindè quoque *Balearium Inſularum Regnum* Proregis titulo adminiſtraverat, ſequenti verborum formâ concinnatum:

*Ædiculam hanc refixo orbis Redemptore* Petrus à Toledo Neapoli *Præſes in Regno*, & *Exercitus Cæſareæ Majeſtatis Vicarius* Villæ Franchæ, & Marcus *Vir non minùs Iuſtus, quàm pius* Ferdinando Figueroa, *ejus Conſiliario tunc auctore* Franciſco

Joanne

Joanne de Torres à Latere *Conſiliario ac Magnam Curiam Vicariæ Regente, nunc reſtituente, ornatioremque redolente condidit.*

Ab hoc excellenti Viro prodière *Carolus Joannes de Torres, Franciſcus, Ludovicus Joannius*, horum primus Equeſtris Ordinis Sancti *Iacobi* Commendator, primus Comes *de Penalva*, Capitaneus peditum in ſtatu Mediolanenſi; filius verò ejus *Franciſcus* unus è Patriciis Valentinis, qui Pater fuit nobiliſſimi germinis *Honorati Ioannii*, cujus cauſâ totum hunc Librum concinnavimus, totius *Familiæ Ioanniæ* Caput & Princeps, uti teſtatur *Viciana in Chronico ſuo de familiis Valentiæ*, *parte* 3. *fol.* 150. ubi & dicitur, eum in civitate *Xativâ* Sacelli illius SS. *Ioannis Baptiſtæ*, & *Euangeliſtæ* ſacri, jus patronatus tenuiſſe, undè in eo commune *Domus Ioanniæ* ſepulchrum conſtituit. *Ludovicus Ioannius*, filius *Gaſparis* II. Eques Sancti *Jacobi* Monetariæ rei in Palatio Regio Præfectus compluribus annis terrâ marique *Philippo* II. Regi egregias animi ſui dotes ſat ſuperque comprobavit. Extant Literæ dicti Regis ad annum 1589. in quibus eum Protegi *Siciliæ*, Comiti *de Alva* ardenter commendat, & eſt ea quæ ſequitur:

### *Al Illre. Conde* de Alba *deliſte Primo nueſtro Virrey Lugartenente, y Capitan General del Reyno de* Sicilia.

El Rey.

Illre. Conde Primo nueſtro Virrey Lugte. y Capitan General, en conſideration de lo bien, que Don *Luys Iuan* ſobrino de *Honorato Iuan* Maeſtro que fue del Sermo. Principe Don *Carlos* mi Hyo (que Dios aya) meavia ſervido deſde el año de 73. en todas las occaſiones de mar y tierra que ſe ofrecieron haſta la muerte del Illre, Don *Iuan de Auſtria* mi Herma-

Digitized by Google

Hermano, que aya gloria, y havi en dome aora repreſentado el deſeo, que tienede continuarlo en eſſe Reyno, y ſiendo me juſto por lo que por ſu perſona merece, y en memoria de los ſervicios deſutio hazer por el todo loque huviere lugar oi lo he querido advertir por eſta y en cargaros mucho le tengais por muy en comandado parale favorecer, y ocupar en las occaſiones, que ſe ofrecieren de ſu profeſſion conforme a ſu calidad, y ſuficiencia en que vos vieredes que ſabra y podra mejor ſervir que yo olgare delo que por el ſe hiziere. Dat. en S$^{n}$. *Lorenzo all* de Oct. 1589. yo el Rey.

*Gaſpar Joannius* III. hujus nominis, Patri dignitate non inferior, Arcis S. *Trinitatis* in *Roſas Catalaniæ* oppido Præfectus, & Equeſtris Ordinis B$^{tæ}$. *Virginis de Monteſſa*, ejuſque Religionis loco Catholici Regis *Philippi IV.* Promagiſter, Vicarii Generalis munere functus, & commendator in *Alcala de Gibert*, cujus merita prævidens *Philippus* III. & IV. frequentes literas ad eum, ſuæ in Reges ſuos fidei, ac in ſincerâ officiorum, quæ ipſi commiſerant, adminiſtratione, teſtes dederunt.

Porrò ab hoc *Gaſpare tertio* hujus nominis *Ioannio* prodière *Matthias Ioannius de Centellas.* Ordinis Equitum *de Monteſſa*, & commendator *d'Alcala de Gibert*, & eximius *Antonius Ioannius de Centellas* Equeſtris Ordinis *de Calatrava*, qui prædeceſſorum ſuorum ſecutus veſtigia, eo ſemper officiorum ſplendore à Rege Catholico cohoneſtatus fuit, quem virtutum ac doctrinæ amplitudo, & munera, quæ magni ſanè momenti ſubiit, veluti jure quodam poſtulare videntur. Splendet & is etiamnum primariis detentus officiis, Regiam cancellariam adminiſtrans, collateraliſque uti vocant, Status, & Belli Regiæ Catholicæ Majeſtatis à conſiliis intimis, nec non Cameræ Regiæ, quam *Summariam* nuncupant,

Digitized by Google

cupant, Locumtenens, & ob ingentia Viri merita & beneficia Regno præſtita modò Marchionis quoque titulo *de Centellas* exornatus, qui quantâ in æſtimatione apud Regem Catholicum ſit, ex literis ad eum datis patet.

## CAPUT V.

## *De Tranſlatione* Domus Joanniæ *ex* Hiſpania *in* Siciliam.

PEtrus *Arragoniæ* Rex in occupandis *Siciliæ* & *Sardiniæ* regnis ſummâ curâ & ſollicitudine ſubjugandis diſtentus, ut tandem quod intenderat, obtineret, numeroſam militum claſſem adornârat, ad hanc adeò glorioſam expeditionem, cum ferê plerique ex nobilioribus Regni ambitioſè ſeſe obtuliſſent, quos inter maximè eminuit *Joannes Joannius* ex *Valentiâ* ortus tùm rerum geſtarum gloriâ, tùm heroicarum actionum præſtantiâ celeberrimus. Undè *Siciliâ* in poteſtatem Regis redactâ in meritorum recognitionem, magnis à Rege cumulatus muneribus ſedem ſuam *Meſſanæ* fixit, ubi genuit filium nomine *Andream*, fortitudine animi Patri haud degenerem, cui *Fridericus* II. Rex ob res præclarè in bello geſtas in feudum conceſſit ſtatum *Alfani*; qui vitâ functus poſt ſe reliquit *Peruccium*, quem & alii *Tuccium* vocant; hic genuit *Antonium*, *Philippum* & *Simonem*, qui ſine prole Senatoriam dignitatem multis annis geſſit in patriâ; *Simon* prius ſemper *Meſſanenſis ſtatus* muniis honoratus genuit *Salvum* & *Tuccium*; *Salvus* Senatoriâ dignitate clarus anno 1462. genuit *Iacobum*, *Joannem*, *Paulum Angelum Ioannios*; *Iacobus* & ipſe Senator anno 1517. genuit *Franciſcum* dignitatis paternæ ſucceſſorem anno 1562. Hic ex *Metullâ* uxore genuit *Cæſarem*; & hic ex *Agathâ* filiâ incliti

Andreas.
Peruccius.
Antonius.
Philippus.
Simon.
Salvus.
Peruccius II.
Jacobus.
Joannes Paulus.
Angelus.
Cæſar.



Digitized by Google

Franciſcus. incliti viri *Palmerii Franciſcum*, qui ex *Corneliâ* filiâ Baronis de *Baunio*, bis Conſul in *urbe Meſſanenſi*, tempore quo *Cicala Baſſa* pyraticâ tyrannide *mare Siculum* infeſtans ſummo *Siciliæ* damno, ſuſque deque vertebat omnia, ad tàm pernicioſos auſus retundendos in Archithalaſſum electus Auſtrales littorum plagas, uti & Boreales *Petrus de Balſamo*, Marchio *de Limina*, unitis viribus validâ 8000 militum manu, fugato *Cicalâ* Regnum ab exitio liberum immuneque reddiderunt. Fuit is deindè inter undecemviros Congregationis Xenodochii annumeratus; conſtabat dicta Congregatio ex præcipuæ nobilitatis Viris, numero undecim, undè non incongruè undecemviri dicti, iiſque Legibus muniebatur, ut neque pater cum filio, neque fratres duo, neque gener aut ſocer ei aggregari poſſet, & præſidebant duo ſumma Capita, Prorex & Archiepiſcopus Loci. Sed ad rem noſtram.

*Congregatio Xenodochii* Meſſanæ.

Franciſcus *genuit* Palmerium. Cæſarem. Antonium. Andream.

Genuit *Franciſcus* hic quatuor filios, qui in eximios Viros evaſerunt, ſcilicet *Palmerium*, Baronem *de Solazzo*, *Cæſarem*, *Antonium* Equitem S. *Joannis Hieroſolymitani*, & *Andream*, *Palmerius* præter honorifica quibus in patriâ fungebatur officia, Generalis armorum Capitanei munus obibat, deindè Princeps Congregationis *Stellæ*, quæ facultate Regiâ inſtituta fuit ſub nomine *Stellæ Orionis*, quem primum *Meſſanæ* fundatorem *Hiſtoria Sicula* conijcit; cujus caput primum fuit *Vincentius de Bononia* Marchio *de Marines*, & tunc *Urbis Meſſanenſis* Archiſtrategus. Secundus fuit *Petrus Marchettus* Baro *de Veria*. Tertius, *Jacobus Merullus*. Quartus *Petrus Lenza* Baro *de Moyo*. Quintus *Vicecomes Rizzo*, Baro *de Muys*. Sextus *Petrus Balſamus* Marchio *de Limina*. Septimus *Joannes de Marcheſe*. Octavus *Remondus Morchettus* Eques *Melitenſis*. Nonus *Andreas de Ordoino*, Marchio *de Soritò*. Decimus *Petrus de Moncada* Baro *de Saponera*, & complures alii ex Equeſtri nobilitate

*Congregatio* Stellæ *quanam*.

Digitized by Google

te Viri, quorum officium erat, auxiliaribus undique adſcitis copiis, civitatem ab hoſtium inſurgentium vexationibus liberare.

*Palmerius* honorificis decoratus primi ordinis in *Meſſanenſi Civitate* officiis, ex tribus uxoribus nobilitate illuſtribus, *Iſabellâ Gioeniâ*; *Feliciâ* filiâ *Bartoli Avernæ*; *Annâ Mariâ* Baroniſſâ *de Solazzo*, filia *Franciſci del Iudice* & *Agatâ Mariâ Minutuli*. Ex ſecundâ genuit *Franciſcum*, qui puer adhuc defunctus fuit; Ex tertiâ ſuſcepit *Franciſcum* & *Andream Ioannios* & alias ſex fœminas. *Andreas* Eques Ordins S^ti^. *Ioannis Hieroſolymitani* præclarè ſemper & fortiter in expeditionibus maritimis ſe geſſit. Porrò *Tuccius II.* genuit *Nicolaum*, qui *Meſſanæ* Judicem egit, & *Joannem*, qui Senatorem ejuſdem Urbis, & *Antonium* anno 1496. *Nicolaus* genuit *Marianum*, *Antonium* & *Metullam*. *Marianus* *Nicolaum II.* *Bernardum* & *Sebaſtianum* *Scipionem*.

Palmerius *genuit ex* 3. *Uxoribus.*
*Ex* 2. Franciſcum.
*Ex* 3. Franciſcum Joannem.
Tuccius II. *genuit* Nicolaum Joannem. Antonium.
Marianus *genuit.* Antonium. Metullam. Nicolaum II. Bernardum Sebaſtianum. Scipionem *hic.*

Ex *Scipione Joannio* & Uxore ejus *Brigidâ Juſtinianâ* ſuſcepti fuerunt, *Dominicus* Princeps *di tre Caſtagne*, & *Placidus* Princeps *di Caſtrorao*, *Dominicus* in Uxorem duxit *Hieronymam Selvarezzam*, ex quâ ſuſcepit *Scipionem*, *Placidum*, *Vincentium*, *Joannem* Equitem *Hieroſolymitanum*, *Tereſiam*, quæ poſteà ceſſit in matrimonium *Petro de Moncada* Principi *de Monforte*, & Comiti *di Sampero*, & alias duas filias.

Dominicum *hic.* Scipionem. Placidum. Vincentiũ. Joannem Tereſiam.
Placidus *genuit* Vincentium. Joſephum *& fœminam.*

*Placidus* Princeps *di Caſtrorao* in uxorem duxit *Antoniam Rao*, ex quâ ſuſcepit *Vincentium* Principem poſteà *di Caſtrorao*, *Joſephum* & unam fœminam. *Salvus Joannius* genuit *Joannem Paulum*, & *Angelum* nobilitati inclitos; *Ioannes Paulus* ſemper carus fuit *Hugoni de Moncada*, tunc temporis Proregi *Siciliæ*, quem & ad componendas *Meſſanenſis Civitatis* diſcordias, Legatum miſit. A quo deindè producti fuerunt *Ioannes Arrigo*, *Erricus*, & *Nicolaus* Eques *Hieroſolymitanus*,

Salvus Joannius *genuit.* Joannem Paulum, Angelum.
Joannes Paulus *genuit.* Joannem Arrigum. Henricum. Nicolaum.



Digitized by Google

Joannes Arrigo *genuit.* Julium. Cæſarem. Marcellum *hic.* Joannem d'Angelo *& ex hoc* Petrus Joannius, *qui propagavit* Familiam *in* Panorma. *Anno* 1570.

qui in expeditione *Zerbenſi* dum fortiter pugnaret, vitam glorioſâ morte finivit. *Ioannes Arrigo* genuit *Iulium*, *Cæſarem* & *Marcellum*; hic genuit *Ioannem d'Angelo*, ex quo prodiit *Petrus Ioannius*, & ex hoc *Ioannes*, à quo *familia Ioannia* in *Panormitanam Civitatem* traducta inter præcipuas dictæ urbis Domus nobilitate ſemper eminuit, & matrimonii ſplendore, & officiorum, quibus fungebantur dignitate.

Quomodò verò hæc familia ſeſe in *Regnum Neapolitanum* extenderit, ex Authoribus paulò antè allegatis manifeſtum faciemus. Sic itàque res ſeſe habet.

## CAPUT VI.

## *De* familiæ Joanniæ *in* Regnum Neapolitanum *Tranſlatione.*

*Propagatio* Familiæ Ioanniæ *in* Regnum Neapolitanum.

CUm Reges *Arragoniæ* multorum annorum decurſu varias in *Italiam*, *Siciliam*, *Sardiniam* ſuſciperent expeditiones, accidit ut bellicæ gloriæ ſtimulis impulſi complures ex equeſtri nobilitate Viri Regiæ Claſſi ſe jungerent, quos inter & *Joannios* fuiſſe, qui *Siciliâ* & *Neapoli* à Rege *Arragoniæ* in poteſtatem redactâ, amœnitate & ubertate locorum allecti, ibidem ſedes per varios Matrimoniorum contractus figentes, tandem exarchatum adepti ſunt. *Gaſpar Eſcolanus in Hiſtoriâ Valentinâ.* Tambien *inquit* quedaren heredados deſde eſtas guerras de el Rey don *Alonſo* otros muchos Cavalleros Valencianos en el Reyno de *Napoles* por ſus azañas; de los quales hemos echos comemoracion en eſta Decada, pero por quanto de algunos de jamos de haçerla por no tener noticia, quando tratavamos de ſus linages los inxiriremos aqui, en compañia de ſus connaturales y payſanos. Deſtos

Gaſpar Eſcolanus *in* Hiſtoriâ Valentiæ.

fueren

Digitized by Google

# Genealogia Domus Joanniæ in *Sicilia* propagatæ.

- *Joannes Joannius* propagavit *familiam in Sicilia* anno 1462. ſub *Petro* Rege *Arragoniæ.*
  - *Andreas*
    - *Perucius* ſive *Tuccius*
      - *Antonius*
      - *Philippus*
      - *Simon*
        - *Salvus*
          - *Jacobus*
            - *Franciſcus*
              - *Cæſar*
                - *Franciſcus*
                  - *Palmerius*
                    - *Ex 3. Uxoribus*
                    - *Secunda*
                      - *Franſciſcus.*
                    - *Ex Tertiâ*
                      - *Franciſcus.*
                      - *Andreas.*
                      - 6. *Fœminæ.*
                  - *Cæſar*
                  - *Antonius*
                  - *Andreas*
          - *Joannes Paulus*
          - *Angelus*
        - *Tuccius II.*
          - *Nicolaus*
            - *Marianus*
              - *Nicolaus*
              - *Bernardus*
              - *Sebaſtianus*
                - *Dominicus* Princeps de 3. *Caſtagne.*
                  - *Scipio*
                  - *Placidus*
                    - *Vincentius.*
                    - *Ioſephus.*
                    - *Fæmella.*
                  - *Vincentius*
                  - *Ioannes*
                  - *Thereſia*
                - *Placidus*
              - *Scipio*
            - *Antonius*
            - *Metulla*
          - *Ioannes*
          - *Antonius*

- *E Valentia* propagatio facta in regno
  - *Arragoniæ.*
  - —— *Neapolis.*
  - *Majoricæ.*

Digitized by Google

Digitized by Google

fueren los exarques, *Monſorios*, *Juanes*, y *Ciſcares*. Los exarques poſehen aſta, aora, la Baronia *de Lauria*, y el Baron que oy es hacaſado con hiia del conde *de la Saponara de la Caſa de Sanſeverino* : Los *Monſorios*, que por corruptela llaman en *Italiano Monſolinos*, han tenido grande eſtado; que entaria mas de quince mill ducados al año, y fue el ultimo de eſta Caſa, Don *Ferrante de Monſorie*, que murio en nueſtros dias y ſe acavo en el la Linea maſculina, Los del apellido de *Juan*, que daron *Caſtellanos* del *Caſtillo de Coſencia*, y ſus decendientes ſon oy de las mas calificadas familias de a quella ciudad, finalmente los *Ciſcares* tuvieron muy grandes heredamientos, y la caveza dellos fue Conde *de Ayelo* por alla.

*Exarchatus primi fuerunt* Monſolini, Joannii, *&* Ciſcarii.

Sed hæc omnia fuſiùs demonſtrare poſſem, ſi & temporis anguſtia, & vaſtitas Operis non obſtarent; quare qui ea penitiùs noſſe deſiderabit, is legat *Gaſparem Eſcolanum in Hiſtoriâ Valentiæ*, *Catalauniæ*, *& Majoricæ Tomo 2. lib. 3. cap. 5. col. 336. Comitem de Peralada in Libro de præſagiis fatalibus Catalauniæ cap. 13. pag. 120. Alexandrum Ros in libro intitulato Cataluna deſengañada pag 450. Philadelphum Munoz in Theatro Genealogico Siciliæ p. 1. pag. 384. Eſcolanum in Hiſtoriâ Neapolitanâ & Valentiæ Tomo 2. l. 9. c. 34.* ubi & recenſet inſignes ex *familiâ Joanniâ* viros, *Petrum Joannium* Magiſtrum *Ordinis de Calatrava*; *Rodericum Ioannium* Equitem ex *Ordine Templariorum* & Vicarium Magni Magiſtri ejuſdem : *Franciſcum* Equitem *Ordinis Sancti Jacobi*, qui & Regentem egit Magnæ Curiæ Neapolitanæ, quæ *Vicaria* dicitur; deindè quoque Prorex & Capitaneus generalis *Regni Majoricæ*, ubi defunctus eſt. *Zurita* prætereà nobilis *Hiſpaniæ* Hiſtoricus *l. 13. Annalium fol. 120.* refert : *Marci Joannii* Legationem, quam fecit *Alphonſus V.* Rex *Arragoniæ* ad

*Authores qui de tranſlatione* Familiæ *egerunt.*

Petrus Ioannius.

Rodericus.

Franciſcus

Zurita Chroniſta.



Digitized by Google

Marcus Joannius *Legatus ad Regem* Caſtellæ.

ad *Ioannem* Regem *Caſtellæ*, uſus Oratore *Marco Ioannio* ad tanti momenti legationem unicè idoneo. Refert & *Munoz* eximium hujus *familiæ* virum & Equitem *Ordinis de Monteſa*, commendatorem *Alcalæ* & Vicarium generalem Regis *Philippi* IV. Veruntamen hos inter omnes, veluti inter viburna cypreſſus, rerum geſtarum gloriâ HONORATUS JOANNIUS *Caroli* II. *Hiſpaniarum* Principis Magiſter & Epiſcopus *Oxomenſis* in Orbe emicuit, cujus ſolius cauſa hujus operis argumentum occæpimus. Hic fratrem habuit *Ludovicum* Equitem *Ordinis* S. *Iacobi*, multis magniſque officiis à Rege Catholico condecoratum; ab hoc prodiit *Gaſpar Ioannius* patri dignitate haud impar, Equeſtris *Ordinis Beatæ Virginis de Monteſa* ejuſque loco Regis Catholici promagiſter, & ab hoc eximius ille *Antonius Ioannius de Centellas* prodiit: Hic prædeceſſorum ſuorum ſecutus veſtigia perhonorificis ſemper à Rege Catholico officiis cohoneſtatus fuit, eâque virtutum ac doctrinæ amplitudine, quam officia quibus fungitur, tanti momenti, jure quodam poſtulare videntur, & in Neapolitanâ curiâ in hunc uſque diem ſplendet. Verùm ut veritas rei luculentius pateat, hìc nonnullas Regias literas apponemus, ex quibus magna illuſtriſſimi viri talenta, ingenſque Regiæ Majeſtatis de eo concepta exiſtimatio meridianâ luce clarius patebunt.

Honoratus Joannius.

Ludovicus.

Gaſpar.

*Ultimus hujus familia Dom.* Antonius Joannius *Marchio* de Centellas.

## *Literæ Regiæ ad* Antonium Joannium de Centellas.

EL REY.

Noble, Magnifico, y Amado Conſejero. Haſe viſto vueſtra Carta de 28. del paſado, en que me dais quenta del eſtado, que tiene la viſita de la Caſa de la Generalidad de eſſe Reyno, que os mandè cometer el año de 1651. como eſtan

eſtan ſatisfechos todos los acreedores Cenſaliſtas, y otros muchos de aquella Caſa, y que con el arrendamiento, que ſe hà hecho de los derechos viejos, ſe pagaran en adelante las penſiones de los cenſales dia por dia, como fueren cayendo, con que los cenſales, y Alvaranes ſe han reducido à ſu antiguo credito, y eſtimacion, y que quedais continuando algunas execuciones, y cauſas que ande producir conſiderables efectos; Y porque en carta à parte ſe os invia la orden, que me pedis, para librar a los Diputados una partida que ay en dinero, y otra en Alvaranes, en eſta Solo ſe ofreçe deçiros, que lo que aveis obrado es muy conforme a las experiencias, que tengo de vueſtro cuydado, y direccion, porque os doy muchas gracias, y os encargo, y mando lo continueis, paraque ſe ſaquen los efectos, que deçis, y yo eſpero en que me ſervireis. Dat. en *Aranjuez*. a 8. de Mayo. 1654.

*Rex gratias ei agit de viſitatione regni Valentiæ, ſummâ vigilantiâ & integritate peractâ.*

*Yo el Rey.*

EL REY.

Noble, Magnifico, y Amado Conſejero. Haſe recivido vueſtra Carta de 9. de eſte, en que me dais quenta de la viſita, que vos como Regente en eſſa mi Real Audiencia, y el Prior de *San Miguel de los Reyes* haveis hecho en el Collegio de *Corpus Chriſti* de eſſa Ciudad, y por lo que ſe hà diſpueſto acerca de ſu govierno, adorno, y augmento no ſolo en renta, ſino tambien en el numero de Collegiales, Becas, y Cappellanes, ſe conoçe vueſtro cuydado, y aſſi lo apruevo y os doy gracias por ello. Dat. en *Madrid*, à 18. de Junio. 1655.

*Gratias agit de optima informatione, qua Regem de ſtatu regni certiorem facit.*

*Yo el Rey.*

EL

### EL REY

*Gratias agit de aliis negotiis rectè expeditis.*

Noble, Magnifico, y Amado Conſejero. Haſe viſto vueſtra carta de 8. de eſte, en que me dais quenta de lo que vais obrando en la viſita de la Generalidad, y eſtado que tiene ſu deſempeño, y me pedis licencia para yr librando ſiete mil libras que ay en la Tabla, procedidas de diferentes efe-ctos de la viſita à los Diputados, y a ſuelta ſuya como fuere neceſſario para pagar a los acreedores, y deſpues de daros gracias por el cuydado con que procedeis en eſtas materias, os concedo en virtud de la, preſente la licencia que pedis para librar a los Diputados las referidas ſiete mil libras para la paga de los acreedores. Dat. en *Madrid* à 17. de Julio 1657.

*Yo el Rey.*

### EL REY

*De viſitatione peractâ gratias agit Rex.*

Noble, Magnifico, y Amado Conſejero. Haſe viſto vueſtra carta de 5. del paſado, en que me dais quenta de todo lo que haveis obrado en la viſita de la Caſa de la Generalidad del Reyno *de Valencia*, que os mandè cometer el año de 51. que hà parecido aprobarlo, y daros gracias por el cuydado, y Gelo con que aveis procedido en eſta Comiſſion, que lo tendre preſente en todas ocaſiones. Dat. en *Madrid* à 6. de Nouiembre 1660.

*Yo el Rey*

Antonii Joannii de Centellas *commendationes.*

Sed jam audiamus quam informationem Regi Catholico de magni hujus Viri naturæ dotibus ad ulteriorem ejus promotionem dederint primi conſilii Aſſeſſores & Proreges *Valentiæ*, quorum nomina ſequuntur.

CON-

Digitized by Google

# CONSULTAS

## De los Señores

# VIRREYES *de* VALENCIA

## El Ex.mo Señor Conde *de Oropeſſa*, y *de Alcaudete*, Marques *del Villar*.

## El Ex.mo Señor Duque *de Montalto*, y *de Vyvona*, Principe *de Paternò*.

### Calificando los Servicios

## *Del Regente D.* ANTONIO JUAN de Centellas.

### Señor.

DOn *Antonio Juan de Centellas* Cavallero *del habito de Calatrava* vino del Collegio *de Obiedo* uno de los quatro mayores de la univerſidad de *Salamanca* à ſervir la plaza de Oydor Criminal de eſta Real Audiencia, y aſcendio deſpues a la Civil, que oy ſirve juntamente con la de Aſeſſor Real en la Orden *de Monteſa*, y Conſultor del Tribunal de la Santa Inquiſition, y del Maeſtre Racional: y en el tiempo de mi govierno puedo aſſigurar à Vueſtra Mageſtad, que hè experimentado en ſu perſona grande aplicacion deſuelo, intelligencia, y cuydado para todas las materias, que han corrido por ſu quenta, aſſi las peculiares de ſu oficio, como las extraordinarias, pues intervino con no pequeña utilidad del Real ſervicio en la Junta, que formè para el deſempeño de la ciudad, y con no menor trabajo, y

*Informatio Proregum de moribus, vitâ, habilitate ad Regem data.*

*Officia perhonorifica* Antonii Joannii de Centellas.

*Cura, diligentia, in exequendis negotiis.*

*Tempore contagioſa luis* Antonii *Charitas.*

peligro en la que ſe hizo para las diſpoſiciones concernientes a la ſanidad en el tiempo del Contaiio; Serviendo entonces el oficio del Regente por auſencia del proprietario, y el año paſado ſalio a la frontera deſte Reyno, ocupando Cerca de mi perſona el pueſto de Auditor de la Capitania General, y en todos eſtos empleos, y en las demas ocaſiones, que ſe han ofrecido en eſte tiempo tan calamitoſo ha procedido ſiempre con entera ſatisfacion mia, y muy como ſe podia eſperar de ſu capacidad, y de las obligaciones de ſu ſangre; por lo qual, y por los ſervicios de Don *Gaſpar Iuan* ſu Padre Lugarthenieṅte General de la Orden *de Monteſa*, de D. *Honorato Iuan* Hermano de ſu Abuelo Obiſpo *de Oſma*, y Maeſtro del Sereniſſimo Principe Don *Carlos*, y por los de Don *Luis Iuan* ſu Tio, de que ſe halla heredero, le tengo por mereçedor de qualquier honrra, y merced, que Vueſtra Mageſtad fuere ſervido de haçerle, como tan juſtamente ſe la prometen de la Real Grandeza de Vueſtra Mageſtad los que llegan a ſus pies apadrinados de tales meritos, y tan ventajoſos ſervicios. Guarde Nueſtro Señor la Real Catholica Perſona de Vueſtra Mageſtad como la Chriſtiandad à meneſter. Real de *Valencia* y Marſo 16. de 1649.

*Merita* Gaſparis Juan Antonii *Patris*, & Honorati Joannii Ludovicus *Avunculus* Antonii.

*El Conde* de Oropeſſa, y Alcaudete, *Marques* del Villar.

Señor.

Don *Antonio Iuan de Centellas* Regente de la Real Audiencia deſte Reyno, es ſugeto de la calidad, letras y experiencia, que varias veces tengo inſinuado à Vueſtra Mageſtad, y en el tiempo de mi Govierno hà aſſiſtido con particular atencion, y fineza non ſolo a las obligaciones de ſu pueſto, pero à quantos

tos

tos empleos ſe le han encargado del ſervicio de Vueſtra Mageſtad, moſtrando ſiempre particular deſuelo, y fineza en el, por cuya atencion me hallè obligado a repreſentar à Vueſtra Mageſtad ſus muchos ſervicios en la forna que hiçe para la Fiſcalia del Supremo Conſejo de *Aragon*, y oy de nuevo los acuerdo à Vueſtra Mageſtad, ſuplicandole con todo rendimiento, hallen en ſu Real Clemencia la açeptacion, y el premio que mereçen. Guarde Dios la Catholica Real perſona de Vueſtra Mageſtad, como la Chriſtiandad hà meneſter. Real de *Valencia* 13. de Julio 1654.

*Narrantur magna in bonum Regni præſtita ab* Antonio Joannio de Centellas *Officia.*

LUIS de MONCADA.

## Señor.

Don *Antonio Juan de Centellas* Cavallero de la Orden de *la Calatrava*, Regente de eſta Real Audiencia recurre à los Reales Pies de Vueſtra Mageſtad, ſuplicandole haga merçed de la Encomienda *de Bexis*, y *Caſtel de Caſtells* del miſmo Orden, que oy ſe halla vaca. Entra (Señor) en eſta pretenſion con particulares meritos, y ſervicios de ſus Tios *Honorato Juan* Maeſtro del Sereniſſimo Principe Don *Carlos*, y deſpues Obiſpo *de Oſma*, de Don *Luis Juan* Cavallero de la Orden de *Sant Jago*, y de Don *Gaſpar Juan* ſu padre Cavallero de la Orden *de Nueſtra Señora de Monteſa*, y Lugartheniente di Vueſtra Mageſtad en ella; anade motivo a la gracia que pide la perdida que hà tenido ſu caſa en la renunciacion, que ſu Padre hizo de las Eſcrivanias *de Alicante* unico premio de los Muchos ſervicios del Obiſpo *de Oſma*, en cuya recompenſa ſe le diò la Encomienda *de Alcalà de Xibert*, en el miſmo Orden de *Monteſa*, haviendo dexado tambien para ello 200. ducados que tenia de renta ſobre otras Encomiendas, y haviendo renunciado deſpues eſta

Encomienda en Don *Gaſpar Mathias Iuan* ſu hijo, y hechole vueſtra Mageſtad merçed della, quedò deſuanecida por ſu violenta muerte antes de un año, quedando ſin la Encomienda que tenia en recompenſa de las Eſcrivanias ſin efecto la renunciacion, que avia obtenido por ſus ſervicios, y ſin logro el premio, que Vueſtra Mageſtad fuè ſervido darle por ellos, conſideraciones que movieron el Real animo de Vueſtra Mageſtad à mandar ſe le reſtituyeſe la Encomienda, recobrandola con 200. ducados menos de renta de lo que avia gozado.

Don *Antonio Iuan* hà continuado, y continua el ſervicio de Vueſtra Mageſtad con particular fineza, y atencion en los pueſtos de Oydor criminal, Oydor civil, y aora de Regente de eſta Real Audiencia, hà ſervido la plaza de Aſeſor Real en la orden *de Monteſa*, de Conſultor del Tribunal de la Inquiſicion, Conſultor del Maeſtre Racional de la Real Corte, y de la Junta Real de repreſallas, hà ſido Viſitador de la Ciudad *de Origuela*, y de las rentas Reales aplicadas a las fabricas de Ygleſias en aquella Ciudad con muy particular fruto en uno, y otro, por ſu atencion, y deſuelo; Hà aſiſtido en mi tiempo en la Junta, que formè para la materia de ſervicios, obrando ſiempre con ſumma ſatisfacion en quantas diligencias ſe le han encargado.

Por todos eſtos motivos devo ſuplicar à Vueſtra Mageſtad rendidamente ſe ſirva concederle la gracia, que ſuplica, pues le juzgo tan digno della, y de que la Real Clemencia de Vueſtra Mageſtad premie ſus ſervicios, y los de ſu caſſa, mayormente teniendo eſta Encomienda 1570. eſcudos de penſion demas de los cargos ordinarios, que importan 626. ſin las nueve lanzas que paga, con que viene à quedar de muy corto valor. Guarde Dios la Catholica Real Perſona de Vueſtra

Ma-

Digitized by Google

Mageſtad como la Chriſtiandad hà meneſter. Real *de Valencia* 8. de Otubre 1656.

LUIS DE MONCADA.

## CAP. VII.

## *De* Familiâ de Centellas.

POſtquam *Ferdinandus* Rex Catholicus abſolutum Dominium *Regni Neapolitani* armorum vi, operâ fortiſſimi & celeberrimi Archiſtrategi *Gonzalvi Fernandez de Cordoua*, Ducis *de Terra Nova* in *Calabria*, multis terrâ marique contrà *Gallos* obtentis victoriis acquiſiviſſet, ipſumque *Alphonſum* adoptâſſet in primum Regem ſub perſonâ *Joannâ* Reginâ, ipſi quoque unà *Regni Neapolitani* plenam poſſeſſionem attribuit.

Celebrata fuit tàm ſolennis adoptio anno 1420. die undecimâ Septembris in *Caſtello novo Neapoli*, interveniente tanquam legato Regis *Alphonſi*, *Bernardo de Centellas* Barone *di Nules* in *Valentia* ; ità *Pandolphus Colenuchos lib.* 5. *de Hiſtoriâ Neapol.* Hic fuerat Moderator *Alphonſi* Regis, eo tempore adhuc Principis & frater *Petri de Centellas*, Viri celebris, qui fuerat trium Regum Cubicularius & Conſiliarius, Generalis quoque Capitaneus Triremium *Valentiæ* ; *Fernandi* primi Regis *Arragoniæ* ; *Alphonſi V.* primi Regis *Neapolitani*, & *Ioannis II.* Regis *Arragoniæ* ; quæ fusè deducuntur in Libro *Neapoli* edito, cui titulus : *Diſcettation Legal Hiſtorica de el Regente Don* Antonio Juan de Centellas, *Cavallero del* Orden de Calatrava *&c. fol.* 37.

Hi duo fratres *Bernardus* & *Petrus de Centellas* deſcendebant ab altero *Bernardo de Centellas Hiſpano*, qui anno 1015. titulo Comitis *de Modica* in *Sicilia* inſigniebatur, unuſque fuit ex iis, qui ſtrenuè in acquiſitione *Cerdenæ* ſe geſſerant.



Digitized by Google

Atque hujus *familiæ Centellas* truncus, & principale caput fuit *Cotaldus de Craon*, ſuam originem à primis *Galliæ* & *Burgundiæ* Regibus trahens, filius antiquorum Ducum *Burgundiæ*; Hanc *familiam* propagare primùm cæpit in *Cataloniâ* occaſione hæreditatis Caſtelli, *Varoniæ* & *Vallis de Centellas*, quam ipſi aſſignavit *Carolus Magnus* Regiis privilegiis munitam Kalendis Martii, anno 792. uti tradit *Philadelphus Munoz in Theatro Genealogico de Sicilia Tomo* 1. *l.* 2. *Barnardus* itàque & *Petrus de Centellas* fratres merebant ſub *Martino Arragoniæ* Rege, in expeditione contrà *Siciliam* ſuſceptâ anno 1392. & ſanè celebris illius Victoriæ *Sagunti*, ſive *Molviedro* per campeſtre prælium in Regno *Valentiæ*, obtentæ magna pars horum fortitudini, & in bellando dexteritati adſcribebatur; cum *Barnardus* eſſet Generalis anno 1412. ad faciliorem reddendam electionem, & ad ſtabiliendam coronam Regnorum *Arragoniæ*, *Fernando* I. & *Alphonſo Regni Neapolitani*, ipſe magnâ ſollicitudine peregit negotium. Fuit & hic unus ex tribus Generalibus exercitus, quem *Alphonſus* Rex in ſuccurſum *Neapolim* tranſmittebat; ut vel hinc pateat, quam ſemper magnis muniis fuerint à Regibus adhibiti hujus familiæ Heroes. Sed ut ad *Antonium Iuan de Centellas* revertamur.

Fuit is ſemper ob eximiam fidem, & rerum ſummi momenti tractandarum dexteritatem à Rege *Philippo* IV. magni habitus, uti ex ſupraſcriptis Authenticis apparuit; undè & in recognitionem meritorum, hoc eodem anno, quo hæc ſcribo filius ejus *Ioſephus Ioannius de Centellas* inter Aulicos pueros, quos *Meninos Reginæ* vocant cooptatus, munus obtinet, non niſi primæ dignitatis Hiſpanicæ pueris concedi ſolitum; Sicuti enim Regi ab ineunte ætate ſemper adſiſtunt, ità quoque Regiâ familiaritate aſſueti, ſucceſſu temporis, ad primæ dignitatis officia promoventur.



Digitized by Google

## CAPUT V.

# Dignitates & Officia.

## *Virorum illuſtrium ex* Domo Joannia, *quibus ſub Regibus functi fuerunt.*

### Tres generales, ſive Archiſtrategi Ordinum Equeſtrium milites.

PEtrus Joannius Equeſtris *Ordinis de Calatrava* Magiſter. 1228.
*Rodericus Joannius Templariorum Ordinis* Magiſter. 1228.
*Gaſpar Joannius* Regis *Philippi IV. Ordinis de Monteſa* Pro-Magiſter. 1640.

### Legati & Oratores Regum.

*Marcus Joannius*, *Alphonſi V. Arragoniæ* Regis, ad Regem *Caſtellæ Ioannem II.* 1425.
*Gellarbertus de Centellas*, *Iacobi II.* Regis *Arragoniæ*, ad *Albertum* Regem, *Neapolim.* 1309.
*Bernardus de Centellas* ad *Alphonſum V.* Regem *Arragoniæ*, & ad *Ioannam* Reginam. 1420.

### Proreges.

*Gilbertus de Centellas*, in *Sicilia.* 1440.
*Bernardus de Centellas* in *Cerdona.* 1421.
*Gilibertus de Centellas* Baro *de Nules* in *Majorica.* 1349.
*Franciſcus Ioannius* in *Majorica.* 1620.

Se-

Digitized by Google

Septem Capitanei Generales diverſorum Exercituum.

1015. 1. *Bernardus de Centellas*, Comes *de Modica*, Adquiſitor *Siciliæ* & *Cerdenæ*.

1349. 2. *Gilibertus de Centellas* in *Majorica* Victor ſub *Iacobo Arragoniæ* Rege.

1343. 3. *Gilibertus. II. de Centellas* Baro *de Nules* in *Majorica* ſub *Petro* Rege. In *Cerdenæ* expugnatione, & contrà *Caſtellanos*.

4. *Gilibertus de Centellas* Vicarius Regis *Roberti Neapoli*, Vicecomes *Romaniæ*, & Generalis exercitus in favorem *Florentinorum*.

5. *Bernardus de Centellas* Baro *de Nules*, Generalis exercitus in Regno *Valentiæ*, expugnator Urbis *Mulviedro*, Generalis exercitus in ſuccurſum Reginæ *Ioannæ*.

6. *Petrus de Centellas* Baro *de Almediaz* Generalis triremium *Valentiæ*, ſub *Alphonſo V.* in acquiſitione Regnorum *Sardiniæ* & *Neapolis*.

7. *Franciſcus Gilibertus de Centellas*, Comes *Olivæ*, exercitus Regis *Alphonſi V.* & Generaliſſimus *Ioannis Primi*, Regis *Arragoniæ*.

Officia & Munera, quibus functi ſunt apud Pontifices.

*Petrus Ioannius* Capitaneus Militiæ Pontificiæ ſub Pſeudopontifice *Benedicto de Luna*.

*Alvarus Ioannius* Capitaneus Militiæ ſub *Clemente VIII*.

*Philippus Ioannius* Cubicularius *Alexandri VI.* Pont. Max.

*Hyeronymus de Centellas*, Nuncius Apoſtolicus *Neapoli*.

Oe-

Digitized by Google

## Oeconomiæ Regum Præfecti.

*Gilibertus de Centellas* Præfectus Oeconomiæ *Petri* Regis *Arragoniæ*.

*Gilibertus alter*, à Cubiculo *Martini* Regis *Arragoniæ*.

*Bernardus de Centellas* à Cubiculo *Martini* Regis *Siciliæ*.

*Petrus de Centellas* à Cubiculo *Fernandi primi* Regis *Arragoniæ*. *Alphonſi V.* & *Joannis primi*.

*Franciſcus Gilibertus de Centellas* Comes de *Oliva*, à cubiculis *Joannis II.* Regis *Arragoniæ*.

*Honoratus Joannius* Aulicus *Caroli* V. Imperatoris.

*Chriſtophorus Centellas* Marchio *de Quirra*, Aulicus *Philippi III.*

*Joachimus Centellas*, Marchio *de Quirra*, Præfectus Oeconomiæ Regis *Philippi. IV.*

## Moderatores Principum.

*Bernardus Centellas* Moderator & Magiſter *Alphonſi* filii Regis.

*Honoratus Ioannius Caroli* Principis *Hiſpaniarum* Magiſter.

## Epiſcopi.

*Petrus de Centellas* Epiſcopus.

*Guilelmus Ramion de Centellas*, filius Comitis *de Gajano*, Epiſcopus *Syracuſanus*.

*Hieronymus de Centellas* Archiepiſcopus in *Neapolitano Regno*.

*Honoratus Ionannius* Epiſcopus *Oxumenſis*.

## Tituli quibus inſigniebatur *Domus Ioannia*.

In *Hiſpania* & *Italia*, *Domus* ſeu *Familia Ioan.* in *Valentia*, Comes *de Penalva*, Comes *de Carlet*, Viri *de Tous*.

Q In

Digitized by Google

In *Sicilia*, Principes *de Trecaſtaneis*, & *Caſtrorao*, *familia de Centellas* in *Valentia*, Comes *de Oliva*, Marchio *de Nules*.

In *Catalaunia*, Comites *de Centellas*, Marchiones *de Quirra* in *Cerdena*. Comes *de Modica* in *Sicilia*, Vicecomes *Romaniæ*.

*Neapoli*, Marchio *de Cotron*, Comes *de Catanzaro*.

In *Caſtella*, Comes *de Noguera*, & Comes Palatinus, &c.

Jungam hoc loco Decretum Reginæ *Hiſpaniæ* Regnantis, quo, dum hæc ſcribo, *Antonium Ioannium de Centellas*, ob ingentia merita & beneficia Regno præſtita, Marchionis titulo exornat.

## *Copia del Decreto de la Reyna Nueſtra Señora.*

Teniendo conſideracion a los meritos y ſervicios de Don *Antonio Iuan de Centellas*, Regente del Conſejo Colateral y Lugartheniente de la Regia Camera de la Summaria de *Napoles*, y attendiendo a ſu antigua Nobleza, y calidad de ſu caſa, le hago merced de Titulo de Marques en a quel Reyno Daraſſele por el Conſejo de *Italia* en ſu Cumplimiento el Deſpacho que ſe a coſtumbra.

*En Madrid* 23. *Iunio de* 1666.

Publicoſe en el Conſejo en 1. de Julio 1666.

Hæc

Digitized by Google



HONORATUS IOANNIUS CAROLI HISPP. PRINCIPIS MAGISTER.

Digitized by Google

Digitized by Google




*Hæc debemus virtutibus, ut non præſentes*
*Solum illas, Sed etiam ablatas à conſpectu colamus.*
Seneca l. IV. de Benefic. c. 30.

# Epigramma Tetraſtychon
*IN*
# HONORATUM JOANNIUM
## *Grande Decus* Hiſpaniæ.

*Clara tot ingeniis tantâ* Domus *inclita ſtirpe*
*Omnia in hoc unum deſinit ingenium.*
*Cur ſteterint hîc Fata rogas? Hæc perlege, dices,*
*Ingenium majus gignere non poterant.*



Digitized by Google

# SECTIO II.

## De vitâ, moribus, inſtitutis, rariſque naturæ dotibus *Honorati Joannii.*

### *PRÆFATIO.*

*Temporis pretium.*

S*Ententia ſanè cedro digna*, μηδὲν τιμιώτερον τοῦ χρόνου. Nihil hominem tempore poſſidere pretioſius, *à naturâ in humanarum actionum ſubſidium deſtinato. Quod ſi verum eſt; ô quàm anguſti ſunt fines, quàm ſtrictæ metæ humanæ granditatis! quàm parvum, & exiguum eſt dominationis tam fugacis imperium! Si enim tempus contemplemur præteritum, certè illud nil aliud eſſe mihi videtur, quàm exanimis præteritarum nunquàm redeuntium rerum imago. Si præſens conſideremus, id nihil aliud eſſe dicemus, quàm quoddam veluti præteritum inter & futurum indiviſibile momentum, & purum nunc. Futurum cenſeamus non eſſe aliud, quam ſpem quandam vanam, inanem, & utplurimum incertam & fallacem, fortunæ cujuſpiam, quam nunquam conſequimur, phantaſma plenum ſollicitudinis ſpe fultum. Quis itàque dicere poſſet, tempus ſolùm noſtrum eſſe? ubi præteritorum memoriam tollit oblivio, præſentium fruitionem mors intercipit, in vanum nos ſperare ſolatur futurorum ignota nobis certitudo. Nunc & poſt, non niſi momentaneum nobis præſtant interſtitium; & ut ille canebat*

Non ſecus ac flumen; neque enim conſiſtere flumen,
Nec levis hora poteſt, ſed ut undâ impellitur unda,
Urgeturque eadem veniens, urgetque priorem.
Tempora ſic fugiunt pariter pariterque ſequuntur,
Et nova ſunt ſemper; Nam quod fuit ante, relictum eſt,
Fitque quod haud fuerat, momentaque cuncta novantur.

*Nè*

Digitized by Google

*Ne terreare Lector, hâc de temporis fugacitate, prælusione, eſt qui totius vitæ curriculo, eo perfectè gaudeat, iſque eſt veræ ſapientiæ cultor, ejuſque ſtudiis perpetuò intentus: Sapienti quippè omnes temporum differentiæ ſimul ſunt; gaudet enim præteritorum laborum fructibus memoria, vitæ bene beatèque inſtituendæ ratione præſentis temporis curſum metitur, & providæ mentis actionibus futurorum eventus cautè & circumſpectè diſponit; ætatis ſuæ confinia cæteroqum anguſta diſtendit, & quicquid in veterum Hiſtoricis priſcorum temporum monumentis legit, ſive bonum, ſive malum, id proſequi, vel vitare ſatagit, vitam beatitudine confertam agit, amans ſibi cöætaneos, amatuſque ab omnibus; vitæ anteactæ probitatem ac ſapientiæ ſtudium tranſmittit ad poſteros, unicum illuſtrium virtutum præmium. Hoc veritatis luculentæ argumentum, quod primâ quidem fronte, errore, & vanitate carere non videbatur, maximè in* Honorato Joannio, *ſapientiſſimo Viro verificatum dicere poſſumus. Quid enim ei magnum in rebus humanis accidere, aut in tam exiguâ vitæ brevitate humaniſque ſtudiis altum videri poterat? cui æternitas omnis totiuſque Mundi magnitudo ſemper ſat nota fuit, qui animo ſemper vigili ità excubabat, ut ei nihil improviſum, nihil inopinatum, nil novum atque idem accidere poſſet; ità in omnes partes animum intenderat, ut ſemper videret ſibi & locum ſine moleſtiâ & angore vivendi paratum, ut quemcumque caſum fortunâ inveheret, hunc aptè & quietè ferret; Quæ quidem ſapientia, uti in cæteros eâ deſtitutos homines non cadit, ità meritò omnium cæterarum virtutum complexum conſumabat. Quod jam Deo dante, exponendum duximus.*

*Solus Sapiens gaudet tempore.*

Honoratus Joannius, *quomodò & quàm bene tempus impenderit.*

## CAP. I.

## *De illuſtribus* Honorati Joannii *Natalibus, ſtudiis, moribuſque.*

VAlentia citerioris *Hiſpaniæ*, maritima Civitas, *Regni Valentini* Caput, & Metropolis, & inter cæteras clariores Urbes, quà vetuſtate, quà nobilitate, nominiſque celebritate, tùm ob divitias & opulentiam, tùm ob feracitatem, omniumque ad humanam vitam delicioſè ſuſtentandam neceſſariarum rerum copiam & ubertatem, nulli ſecunda, quæ proindè nullo non tempore Hiſtoricis grande rerum in eâ geſtarum thema dictavit.

*Valentia* dicta à Veteribus *Romanis* ad ſimilitudinem *Romæ*, quam *Valentiam* in primâ *Arcadum* expeditione in *Palatino monte* poſitam, primò *Valentiam* à *Latinis*, deinde à *Græcis* Ῥώμη, *Roma*, ob robur & fortitudinem, dictam fuiſſe, in *Latio* Noſtro, fuſè expoſuimus. Quamvis verò complures hujus nominis Urbes in *Heſperia*, *Africa*, *Italia*, *Gallia* repengười riantur, hæc tamen ceu nobile *Hiſpaniæ* decus, & ornamentum, κατὰ τὴν ἐξοχήν, præ cæteris omnibus poſt *Romanam Urbem Valentia*, ſive *Roma* ſecunda appellata fuit, quam vide & apud *Geographos*, & apud *Urbis hujus Hiſtoricos* ingentibus encomiorum titulis deſcriptam.

Ex hâc itàque Urbe, tanquam magnorum Virorum ſeminario, & *Honoratus Ioannius* hujus operis argumentum natus fuit 14. Januarii, anno ſalutis noſtræ 1507. ipſo die, quo Eccleſia Sancti Honorati tranſitum celebrat, qui & ei nomen impoſuit, ſacro Baptiſmatis fonte tinctus in Eccleſiâ Sancto Nicolao Epiſcopo Sacrâ, juxtà palatium paternum ſita. Parens ejus fuit *Gaſpar Iuan*, mater *Eleonora Scriva*; De parentis no-

Digitized by Google

nobilitate, prudentiâ, & magnificis Regni muneribus, quibus ſemper à Regibus condecoratus fuit, ſuprà diximus; Mater ejus pariter ex Nobiliſſimâ *Scrivarum familiâ* natales ſuos ſortita fuit, quæ ex *Narbona* in *Valentinum Regnum* tranſplantata eximios & magnificos produxit Viros, tùm in *Galliæ*, tùm *Hiſpaniæ* Regno, rerum grandium executores, tùm Legatione ad Reges, & Pontifices, tùm bellicâ expeditione memorabiles, de quibus vide *Vicianam* & *Eſcolanum Valentinæ Urbis Hiſtoricos.* Fratrem habuit *Gaſparem Ioannium*, qui avitæ Domus ſplendore ſemper præcipuis *Valentinæ Urbis* muneribus præfuit; habuit & duas ſorores, *Iſabellam Joanniam*, quæ nuptui tradita *Seraphino de Centellas*, & *Eleonoram Joanniam*, quæ nupſit *Franciſco Borgiæ*, familia toti Orbi jam celebri ex Civitate *Xativa*, oppido *Valentiæ* Urbi non procul diſſito; Ex quâ *Calliſtus* III. Pont. Max. originem ſuam traxit, qui primò nominabatur *Rodericus Borgia*, & fuit aſſumptus ad Pontificatum 13. Auguſti, anno 1503.

Hinc prodiit *Petrus* S. R. E. Cardinalis *de Catana*, *Franciſcus Borgia* Cardinalis Conſentinus Camerarius & Theſaurarius *Alexandri VI.* Pont. Max. *Iacobus Caſa nova*, Cardinalis *de Monte Cœlio.* *Moſen Philippus Ioannius*, Camerarius *Alexandri VI.* Papæ. *Honoratus Ioannius*, Principis *Hiſpaniarum* Magiſter & Epiſcopus *Oxumenſis.* *Franciſcus Borgia*, Epiſcopus *de Eiano*, & complures alii Viri ſcientiis, armis, dignitate, & judicio celeberrimi & illuſtriſſimi; ità *Martinus Viciana*; & tandem B. *Franciſcus Borgia* III. Societatis JESU Generalis, vir ſanctitate & ſapientiâ toto Orbe Celeberrimus.

Hic *Honoratus Ioannius* ſtatim vel à teneris unguiculis, tot tantiſque animi, corporiſque dotibus inſtructus fuit, ut in eo elaborando expoliendoque, omnes, ut ità dicam, charites ambitioſo miniſterio, conſpiràſſe viderentur. Erat enim eximiâ

Digitized by Google

*Forma* Honorati *digna Imperio.*

miâ corporis pulchritudine, cui natura junxerat indolem blandulam, nec non mirâ comitate inſtructam, quæ ut gratiæ & favoris comites ſunt, ità quoque in omnium oculis ferebatur; creſcente verò paulatim ætate, potiorem hominis partem excolens mentis ad alta ſemper & ardua, potiſſimùm ea, quæ animum condecorare ſolent, aſpirantis inſitam pronitatem exerebat. Quocircà animum ad literarum bonarumque artium ſtudia apponens, tantos brevi tamque luculentos in iis progreſſus fecit, ut ſive humaniorum literarum peritiam, linguarumque varietatem, ſive denique altiorum ſtudiorum culturam ſpectes, nemini eſſet ſuæ ætatis ſecundus.

*Amans literarum.*

*Converſabatur cum Viris Sapientibus.*

Et quemadmodum Virorum ſapientiâ illuſtrium converſatione nil ei antiquius, nil optatius, dulciuſque accidere poterat, ità quoque ad ſupremam Sapientiæ coronidem, tàm acri calcare inſtimulabatur, ut veterum Philoſophorum exemplum imitatus ad perfectam Sapientiæ acquirendæ normam rationemque minimè ſe pertingere poſſe exiſtimaret, niſi conceptam ſpem Exterorum hominum Sapientiæ ſtudiis illuſtrium commercio literario ſolidaſſet. Undè Sapientiæ amore percitus, relictâ patriâ, parentibus, amicis, in *Belgicam Lovanienſium* acceſſit Academiam, cujus tùm de Theologorum, Philoſophorumque, tùm Juris-conſultorum exquiſitâ doctrinâ, celeberrima fama per orbem ſpargebatur, ubi inter doctiorum Virorum congreſſus, tùm ob eximiam, quâ pollebat, ingenii perſpicacitatem & præſtantiam, tùm ob ſummam in difficultatibus magni momenti diſſolvendis peritiam, tantam nominis celebritatem adeptus fuit, ut non *Belgium* tantùm, ſed & *Germaniam*, deindè redux in patriam, etiam *Hiſpaniam* & *Galliam* admiratione ſui replêrit. Fuerunt hæc ſemina in fœcundiſſimum ingenii agrum projecta, quæ eam poſteà fructuum ſegetem produxerunt, quam cum admiratione in ſequen-

*Peregrinatio.*

Lovanienſium *Academiam adit.*

*Magni quos fecit in his progreſſus.*

Digitized by Google

quentibus percipiet Lector. Sed audiamus ea ſcitè ſanè deſcribentem *Lucium Marineum Siculum*, *de Illuſtribus Viris in Hiſpania*: Mas *Joan Luis Vives* natural de la ciudad de *Valencia* en qualquier genero de ciencia doctiſſimo, no veo a quien de vadar ventaja por muy docto que fueſſe, porque qual ſea en todas doctrinas, es teſtimonio *Eraſmo* en ſus eſcrituras, y tambien ſus proprias obras, que ha eſcrito muy famoſas. Gran nombre es tambien, y gran doctrina la que ſe ſuena de otro *Valenciano*, que ſe dize *Andres Eſtraneo*, cuyas obras (que no ſon aqui publicadas ſon avidas por maravilloſas de ſus familiares, y Varones muy doctos, dizen de mas deſto que es Varon Eſtoico, de Sanctas coſtumbres, y vida muy honeſta. Mas a eſtos dos Varones Valencianos que hemos nombrado, *Honorato Iuan Mancebo* muy noble, con grande eſtudio de dia, y de noche trabaja, ſeguirlos, y ſi fuere poſſible alcançarlos.

*In Academiâ Valentinâ duos magni nominis Viros* Ludovicum Vives *&* Andream Eſtraneum, *unicè* Honoratus *adhuc puer in ſtudiis ſuis imitabatur.*

Verùm hæc omnia veritati conformia eſſe, teſtatur *Alphonſus Garcia Matamoros* in ſuo de Viris illuſtribus tùm Hiſpaniæ, tùm Valentinæ Academiæ potiſſimùm agit, ubi *Ioannium* hoc tenore verborum deſcribit: *Nam, ut* Joannem Gelidam *tacitus præteream, quam magno* Ludovici Vives *teſtimonio, alterum noſtri temporis* Ariſtotelem *liceret appellare; non equidem invitus faciam, ut Nobiliſſimi Viri* Honorati Joannis *Equitis Valentini illam unam omnium rerum principem doctrinam, quæ ſit claro homini digna, atque eo, qui in Republicâ velit excellere, quantum animo conniti potero ſuſpiciam & admirer; Siquidem præter literas Græcas & Latinas, & eas artes, quibus liberales doctrinæ atque ingenuæ continentur. Civili etiam prudentiâ uſque adeò præditus eſt, ut controvertas meritò pluſne literæ in hoc homine, an morum compoſitio, & recta animi moderatio valeant; Sic verò literarum ſtudio & amore arſit, ut multos annos penè puer, procul à domo peregrinatus ſit, varias terras ac regiones obierit, ſejunctiſſimas*

Honoratus *omnigenis artibus linguiſque inſtructus.*



Digitized by Google

*Provincias peragrârit, multarum gentium ac nationum perluſtrarit arcana, quæ quantum bonis artibus & diſciplinæ Civili attulerint commoditatis, ſanè ipſe quotidiè oſtendit in Aulâ* Philippi Hiſpaniarum *Principis; quocircà cum tam multa virtutis & doctrinæ hujus Viri, pro foribus Regiæ domus extent exempla, quid Sereniſſimum Principem noſtrum retardet, non ſtatim* Carolum *dulciſſimum filium, hujus cùm diſciplinæ tùm probitati committere.* Hæc *Matamoros*: rectè & ſapienter, quæ non poſſum non approbare, imò admirari in tantillæ ætatis ingenii ſolertiam.

*Dignus qui præficeretur Principi* Carolo.

Quam, putas Lector, cauſam eſſe, quod in tot Academiis, in tantâ multitudine Adoleſcentum, in tantâ ingeniorum acerrimorum præſtantiâ, in maximâ optimorum Magiſtrorum copiâ tanto tradendarum artium ſtudio, tot propoſitis præmiis ac celſiſſimis Reipublicæ honoribus, ſolus tunc temporis eminuerit *Honoratus Ioannius*? Hujus rei cauſam ut pandam, dico.

*Cauſa cur* Honoratus *præ cæteris ad Magiſterium Principis ſelectus ſit.*

Quotuſquiſque eſt, qui *Ioannii* exemplum ſecutus ex ſeriâ animi applicatione omittat ſtudia delectationis? ludos, jocos, Sermones otioſos, etiam cum intimis & familiaribus deſerat? labores ſuſceptos verè toleret, vigiliaſque ſuſtineat? vitiorum, quæ juvenum propria ſunt, irritamenta devitet, atque inſigni quâdam animi moderatione, unico velut honoris Divini, & boni publici ſcopo ſibi conſtituto ſtudiorum curſum magna corporis animique contentione proſequatur? *Honoratus* noſter ab ineunte ætate, hortatoribus, aut impulſore aliquo, qui ſtimulos & calcaria ad ſtudiorum proſecutionem adderent, non egebat, ſed naturali ſuâ propenſione, modò virtutis actiones, modò literarum ſuſcipiebat, ut nunquam illum niſi virtutum aut literarum exercitio verſantem reperires; ſic autem tempora vacandi literis & virtutibus partiebatur, ut cum de literis ageret, aut de rectâ animi compoſitione, virtutumque

*Præterquam ſtudio virtutis, nulli alteri mentis relaxationi ſe dedit.*



Digitized by Google

que ſtudio, voluntas in utramque partem propenſa comprobaretur. Quæ omnia inſequentibus ex inſignium ſcriptorum monumentis, patefient.

## CAPUT III.

## *De* Honorati Joannii *ex famâ eruditionis omnigenæ ad Aulam Cæſaream Regiamque promotione.*

HOnoratus Ioannius ex *Belgio* aliiſque peregrinationibus in Patriam redux, tot è veſtigio, tantoſque acquiſitæ Sapientiæ radios à ſe diffudit, ſibique tantam nominis exiſtimationem comparavit, ut inter primos ſui temporis Theologos, Philoſophos, Mathematicos, Juriſconſultos, Politicoſque adnumeratus omnium Doctorum calculo, & merito ſuo primum ſuæ ætatis in literariâ palæſtrâ ſolium adeptus ſit; unde ſui ſplendore luminis illuſtratâ *Hiſpaniâ*, & famæ magis magiſque in orbem evulgatæ rumore, Glorioſæ memoriæ *Carolus V.* Imperator, illum ceu lucidiſſimum ſidus Nobiliſſimis Aulæ ſuæ Dynaſtis accenſere non dubitavit: Erat enim moribus adeò blandis, & venuſtis, tantâ comitate præditus, ut converſatione & modeſtiâ, variæ eruditionis & politicæ prudentiæ documentis conditâ, neminem non in ſui amorem & venerationem traheret; omnis enim ejus cogitatio, motuſque animi, aut in conſiliis dandis capiendiſque de rebus honeſtis & ad benè beatèque vivendum pertinentibus, aut in ſtudiis ſcientiæ cognitioniſque verſabatur. Et inter Aulicos quidem, nonnullos Ethicis præceptis & legibus inſtruebat, quoſdam in arte regnandi politicis, alios polemicis documentis imbuebat, omnes ad virtutum ſcientiarumque ſtudia excolenda, verbo & exemplo ſuo animabat, in ſe, omnium quæ docebat eximiarum operationum prototypon exprimebat.

Honoratus *inter ætatis ſuæ Literatos primus eſt habitus.*

Carolus V. *Cæſar eum inter Aulicos Nobiles adſciſſit.*

*Alios docet varias artes.*

Nunnius Guſman.

bat. Sed audiamus *Ferdinandum Nunium de Guſman* Equeſtris Ordinis Divi Jacobi militem, qui in obſervationibus ad Plinii Hiſtoriam de eo ſic loquitur: (*Hujus Correctionis*, (videlicet Plinianæ) *auctor mihi fuit* Honoratus Janius *inter Proceres Aulicos, majorum ſplendore, formæ dignitate, ſingulari doctrinâ, admirandâ facundiâ, multiſque aliis titulis clariſſimus, ut maximo jure videatur natura pretia ſecundum* Platonis *doctrinam* in Cratylo *tantorum ejus meritorum* Honorati *nomen ſummo & incomparabili Viro indidiſſe.*) Cui ſubſcribit *Joannes Geneſius Sepulveda* in Scholiis ad Ariſtotel. de Republ. Honoratus Joannius Valentinus *vir domi nobilis, Græcæ & Latinæ linguæ doctiſſimus cum quo propter egregiam ejus eruditionem & humanitatem libenter ſoleo ſermones tùm familiares, tùm etiam literatos conferre. Ludovicus Vives* patriâ Valentinus celebris ſcriptor Honoratus, *inquit*, Joannius *civis noſter adoleſcens ad maxima natus, & vivit modò, & peragit quæ cœpit, futurum aliquandò lumen noſtræ Civitatis.*

Sepulveda.

Ludovicus Vives.

Cum itàque in Aulâ Cæſaris tanta ſapientiæ ſpecimina monſtraret, fieri ſanè non potuit, quin merita ejus *Philippo II.* Cæſaris filio non innoteſcerent; undè eum ampliſſimi muneris honore condecoratum, nemini mirum videri debet Regem Sapientiſſimum illum in *Caroli* filii ſui morum & bonarum artium inſtructorem poſtmodùm in utriuſque emolumentum aſſumere non eſſe dedignatum. Nam uti *Matamoros* ait: *cum multarum gentium Nationumque arcana perluſtraſſet, experimentoque quicquid ad conſummatiſſimæ eruditionis Virum quovis modo pertinere poterat, cognoviſſet didiciſſetque, ita iis inſtructus, quantum bonis artibus & diſciplinâ civili attulerit commoditatis, ſanè ipſe quotidiè oſtendit in Aulâ* Philippi Hiſpaniarum *Principis; quarè cum tam multa virtutis & doctrinæ pro foribus Regiæ domus extent exempla, nil ſanè Sereniſſimum Principem noſtrum retardare videbatur, quominus*

Matamoros de doctis Viris in Academiâ Valentinâ.

minus

*minus ſtatim* Carolum *dulciſſimum filium hujus cùm diſciplinæ, tùm probitati commiſteret, quemadmodum* Philippus *olim* Macedonum *Rex* Ariſtotelem Alexandro *filio tantæ Spei Principi doctorem accivit, à quo & agendi acciperet præcepta & loquendi; neque tam eſt his temporibus* Hiſpania *noſtra bonis & eruditis vacua & ſpoliata viris, ut non una Academia Complutenſis decem poſſit pro uno* Ariſtotele *magnos & incomparabiles præceptores* Carolo *puero ſuppeditare.* Hæc Matamoros.

Quomodò itàque in Aulâ utriuſque & *Philippi II.* & *Caroli II.* ejus filii geſſerit, quænam utrique documenta politica præſcripſerit, in ſequentibus opportuno loco patebit. Lubuit hîc addere Literas *Alvari Nunnez Cabeza de Vaca*, in unâ Dedicatoriâ Libri in quo fluminis de la Plata detectio deſcribitur. Sic autem ſcribit ad *Carolum* Principem.

Encommendado à dos tan ſingulares artifices; Como D. *Antonio de Roxas*, vueſtro ayo, y Mayordomo mayor, y *Honorato Iuan* vueſtro Maeſtro eſcogidos ambos para ſus oficios, por manos del Emperador y Rey Principe (nueſtros Señores) entre todos los Sabios y Cavalleros de ſus Reynos, con tanta diligencia, cuydado, y tiempo Como ſus Mageſtades devian tener en elegir perſonas tan ſuficientes, Como para encomendarles la perſona Real, criança, y enſeñamiento de el mayor ſucceſſor de la tierra eran meneſter; porque Don *Antonio* „ *de Roxas y Velaſco*, demas de ſu muy antiguo, y muy iluſtre „ linage (que tan grande ornamento es para los que eſtan tan „ Cerca de los Reyes) ſu grande Chriſtiandad, prudencia, „ modeſtia, y experiencia en el ſervicio de las caſas y perſonas „ Reales, con todas las otras virtudes, y graçias, que ſon ne- „ ceſſarias en Cavallero a quien tan importante negoçio ſe „ encomendò; y la larga experiencia, que ſus Mageſtades, de „ ſu perſona y coſtumbres tenian por aver ſervido tanto tiem- „

*Duo potentiſſimum in Aulam Principis* Caroli *ſeliguntur, magna nobilitatis & ſapientia Viri* Honoratus Joan & Antonius Roxas.



Digitized by Google

„po en oficio de tanta calidad, al Rey Principe Vueſtro pa-
„dre, y la buena cuenta que ſiempre de todo ha dado: con-
„ſtriñeron a ſu Mageſtad a q̃. le apartaſſe de ſi, y le encargeſſe
„la criança de ſu hijo.

## CAPUT IV.

### *De ſollicitudine Regis* Philippi, *quâ* Carolum *filium ſuum* Honorato *inſtituendum tradidit.*

*A rectâ inſtitutione Regis, tota Regni adminiſtratio dependet.*

CUm nihil ſit tam neceſſarium Regis filio Regnorum Hæredi ampliſſimo, quàm recta inſtructio, circà omnia ea, quæ ad ſalutem populorum & rectam Imperii gubernationem quovis modo conducere videntur; cum ab hujuſmodi inſtructione tota videatur pendere Regnorum Salus, & deſiderata Rerumpublicarum proſperitas; qualibus enim Princeps moribus fuerit imbutus, quâ animi probitate excultus, tales ad Regis normam futuros populos novimus, juxtà tritum illud: *Regis ad exemplum &c.* Cujus exempla, uti plena ſunt omnium Hiſtoricorum monumenta, ita ea latiùs hìc deſcribere ſupervacaneum duxi. Cognovit hoc magni momenti negotium quàm optimè Religioſiſſimus Monarcha *Philippus* II. qui filium ſuum traditurus diſciplinæ *Honorati,* dici vix poteſt, quàm efficacibus literis, quàm ardentibus precibus Magiſtrum ad rectè feliciterque ſuo fungendum officio ſollicitaverit, quantis promiſſis egerit, ut filius in iis potiſſimùm diſciplinis excoleretur, quæ & timorem Dei, & Religionis amorem connexum haberent, nec non eas virtutes Regias, quæ ad tot Regnorum gubernationem, juxtà debitas juſtitiæ leges adminiſtrandam unicè conferrent. Quæ ut luce meridianâ clariùs cunctis compareant, hìc ipſas authenticas literas apponendas exiſtimavi, ut Religioſiſſimi Regis pa-

*Sollicitudo Regis Philippi filio ſuo Carolo benè inſtruendo.*

paterna ergà filium inſtruendum cura & ſollicitudo cunctis ad exemplum Regibus patefiat.

## Epiſtolæ Regis Catholici *Philippi II.* ad *Honoratum Joannium* filii ſui *Caroli II.* Magiſtrum datæ, quibus ei identidem filium ſuum ad omnem vitæ integritatem inſtruendum commendat.

*Al amado nueſtro* Honorato Juan, *Maeſtro del Infante Don* Carlos *mi muy caro, y amado hijo.* *Litera* Philippi *ad* Honoratum.

EL PRINCIPE.

Amado nueſtro, por lo que tengo conoçido de vueſtra bondad, y letras, del tiempo que aveys eſtado en ſerviçio del Emperador mi Señor, y mio, os he eſcogido para Maeſtro del Infante Don *Carlos* mi hijo, como os lo dira D. *Antonio de Roxas*. Yo os encargo mucho que trabajeys de ſacarle tan aprovechado en virtud, y letras como lo deveys à la gran confiança, que yo de vos he hecho en nombraros para cargo de tanta importancia. De *la Corunna* a 3. de Julio de M. D. LIV. años. 1. *Epiſtola.*

*Yo el Principe.*

PEREZ Secret.

## Interpretatio.

*Dilecte noſter, memor bonitatis & peritiæ literarum, quas callebas illo tempore, quo Imperatori Domino meo & mihi digna præſtabas ſervitia eâ de cauſâ te in Magiſtrum Infantis* Caroli *filii mei elegi, quemadmodum tibi referet* Antonius de Roxas, *tibique impono eâ quâ poſſum ſollicitudine, ut allabores omni ſtudio & con-* *Sollicitudo Regis de filio rite inſtruendo.*

*& contentione, ut proficiat in virtute & literis, quemadmodum obligaris ob confidentiam, quam tibi exhibeo, atque hoc ipſo demonſtro, quod te muneri tanti momenti præfecerim.* Corunnæ 3. *Julii* 1553.

Sequitur altera litera Principis *Philippi* Regis ad *Honoratum* filii ſui *Caroli* electum Magiſtrum, quâ *Honorato* denuò curam & diligentiam inculcat, in inſtruendo filio, methodo facili & captui ejus apta, ſollicitatque ad frequentiam literarum, queis de profectu filii cœteriſque rebus occurrentibus, Principem certiorem redderet.

## *Al amado nueſtro* Honorato Juan *Maeſtro del Infante Don* Carlos *mi muy caro y amado hijo.*

EL REY PRINCIPE.

11. *Epiſt.* *Honorato Juan* Maeſtro del Infante, mi hijo vueſtra carta de XXV. de Agoſto he recebido, y holgado de entender que tuvieſcedes ſalud, y que huvieſſedes començado a leer al Infante: yo eſpero que lo hareys con tanta diſcrecion, y tan buena manera, que el venga a tomar guſto en ello, y aprovechar como yo deſeo: aſſi os encargo que lo hagays, y que me aviſeys particularmente de lo que ſe ofreciere, porque holgare de entenderlo. Lo que acerca de eſto en vueſtra carta dezis os agradezco mucho, que ſiempre conoci lo miſmo de vueſtra buena voluntad, y obras en mi ſervicio, y en eſto ſe que lo hareys mejor, quanto va mas en ello que en otra coſa ninguna que ſe pudieſſe ofrecer: lo que mas auria que dezir entendereys de Don *Antonio*. De *Londres* a quatro de Noviembre de M. D. LIV.

*Deſiderat Rex ſæpius informari de filii profectu.*

*El Rey Principe.*

PEREZ Secret.

Se-

Sequitur tertia litera Regis *Philippi* Infantis data 25 Auguſti in quâ multum gaudet literis ab *Honorato* datis de felici ſtudiorum cum *Carolo* filio ſuo inceptorum progreſſu, ubi & Magiſtro Rex præſcribit modum docendi, videlicet, ut primò illi prælegat Authores faciles & captui Principis aptos, ne ex altiorum Authorum prælectione Princeps territus unà cum literis animum abjiciat; Literas Hiſpanico ſtylo exaratas ſuppono.

## POR EL REY

## *A* Honorato Juan *Maeſtro del Infante Don* Carlos *ſu hijo.*

EL REY PRINCIPE.

*Honorato Juan* Maeſtro del Infante Don *Carlos* mi hijo, vueſtra Carta del ultimo de Deziembre recibi, y holgue de entender por ella de la cuenta particular que me days del principio de los eſtudios del Infante, y del diſcurſo, y orden que penſays tener en ellos; lo que me parece ſobre ello es, que por aora a los principios le deveys poner en los Autores mas faciles, porque la dificultad no le eſpante, o le haga a borrecer las letras; pero en todo me remito a lo que vos mejor os pareciere, pues ſabeys lo que a ſu edad, è ingenio Cumple, y lo mediteys con vueſtro buen juyzio, para ſatisfacer en ello a lo que ſe pretende en ſus eſtudios, y a mi voluntad, que es la que teneys entendida, y aunque Don *Antonio* me eſcrive ſiempre, toda via holgarè de ſaber por vueſtras Cartas lo que en eſto huviere: de *Hamptoncurt* a VI. de Mayo M.D.LV. III. Epiſtola.

*El Rey Principe.*

PEREZ Secret.

S Se-

*IV. Epiſt.* Sequitur Litera quarta data *Bruxellis* 2. May. 1556. quâ Rex ſummoperè lætatur ex literis *Honorati*, queis de Principis in ſtudiorum proſecutione felici progreſſu Regem inſtruit.

## POR EL REY

### *A* Honorato Juan *Maeſtro del Principe* *Don* Carlos.

EL REY

*Nil gratius Regi accidere poterit, quam de filii progreſſu bonum nuncium audire.*

*Honorato Iuan* Maeſtro del Principe mi hijo, vueſtra Carta de XXIIII. de Março recebi, y holguê con ella por las nuevas que me dais de los eſtudios del Principe mi hijo, y de lo bien que aprovecha, que no avia coſa que me pudieſſe dar major contentamiento, que ver que del trabajo que tomays Sale el fruto que yo deſeo. El ſervicio que me hazeys en continuarlo no es meneſter deziroslo, ni menos agradeceros lo que eſcrivis, que aveys holgado de la renunciacion que ſu Mageſtad ha hecho en mi favor de todos ſus Reynos, pues lo deveys a la voluntad que yo os tengo, y a ſervos tan buen vaſſallo, y criado nueſtro. De *Bruſelas* a 2. de Mayo. M.D.LVI.

*Yo el Rey.*

Por mandado de ſu Mageſtad.

GONÇALO PEREZ *Secret.*

*Epiſt.* V. Sequitur quinta epiſtola data 27. Julii 1558. quâ Rex poſtquam intellexiſſet fidem & exquiſitam curam & diligentiam, quam in filio Regio inſtruendo exhibebat *Honoratus*, eidem mille trecentorum Ducatorum redditus annuos ex Archi-

Archiepiſcopatu *Tarraconenſi* & ſuprà *Legionenſem* alios ſexcentos aſſignat, plura impoſterum daturum ſe exhibet.

## POR EL REY

## *A* Honorato Juan *Maeſtro del Sereniſsimo Principe ſu hijo.*

EL REY.

*Honorato Juan* Maeſtro del Sereniſſimo Principe mi hijo, vilas cartas que me aveys eſcrito, antes, y deſpues de la que truxo Zorita, y por ellas, y ſu relacion he entendido el cuydado que teneys del ſerucio del Principe, y de ſu eſtudio, y exercicio, con que he holgado lo que es razon. Yo os lo tengo en mucho ſervicio, y aunque ſoy cierto que terneys eſte cuydado, Como ſiempre lo hazeys, os encargo de nuevo lo continueys, y que me aviſeys: y en lo que os toca he tenido por bien de hazeros merced de mil y trecientos ducados de penſion, y aſſentarlos ſobre el Arçobiſpado de *Tarragona*, que lors terneys a propoſito, demas de los ſeyſcientos que antes os avian ſeñalado ſobre *Leõ*; y en lo que adelante ſe ofreciere, ſiempre terne memoria de vueſtra perſona y ſervicios, para hazeros la merced que ſerâ razon, y aya lugar. Y quanto a lo que el dicho Zorita me pidio de vueſtra parte: Cerca de aſſiſtir, y eſtar con el Principe en la Miſſa, y al rezar, yo lo vere, y proveere en ello lo que convenga, y ſea neceſſario. De *Mos de Henao* a XXVII de Julio. M.D.LVIII.

V. Epiſtola.

Redditus annui aſſignati Honorato à Rege.

*Yo el Rey.*

Por mandado de ſu Mageſtad.

FRANCISCO de ERASSO.

Epiſtola ſexta data Bruxellis 31. Martii 1559. In quâ denuò commendat Principem filium *Honorato*, & præcipit, ut diligenter obſervent eos qui frequenter agunt, & tractant cum Principe curatque aſſignatorum reddituum bullam.

## POR EL REY

### *A* Honorato Juan *Maeſtro del Sereniſſimo Principe ſu hijo.*

EL REY.

*Epiſtola VI.*

*Honorato Juan* Maeſtro del Sereniſſimo Principe mi hijo, recibi la carta que me eſcriviſteys, en reſpueſta de la que os eſcrivi con Zorita vueſtro Criado, y deſpues llegò la de X. de Henero, que truxo Santoyo, y por ellas, y lo que de palabra me dixo, he entendido la ſalud del Sereniſſimo Principe mi hijo, y lo que paſſa en lo de ſu eſtudio, de que ſe, que teneis el cuydado que conviene: y aſſi os encargo lo hagays, aunque no ſalga tambien a ello, como ſeria meneſter, que toda via aprovecharà; y a Don *Garçia* eſcrivo previniendole de que mire mucho los que tratan, y comunican con el Principe, que ſeria mas razon, que lo perſuadieſſen a eſto que a otras coſas.

*Vult Rex ut diligenter obſerventur qui frequenter cum filio agant.*

He holgado de que os determinaſedes a mudar abito, como eſcrivis que lo aveys hecho; porque ſerà mas a propoſito para el rezar, y aſſiſtir a la Miſſa, como lo tengo ordenado: eſcrivireys me ſiempre lo que os ocurriere, y ſucediere.

En lo que toca a los ſetecientos ducados que os ſeñalamos ſobre *Leon*, *Eraſo* me dixo lo que cerca deſto le eſcriviſteys, y ſi ſe huviera acudido por vueſtra parte al Cardenal *de Siguença*, ſe huvieran deſpachado las Bulas, y aora le torno a eſcrivir que lo haga, para que gozeys de la dicha penſion, deſde el dia que

Digitized by Google

que el Obiſpo lleva los frutos de ſu Obiſpado, y quanto a los mil y trecientos ducados, que os ſeñalaron ſobre *Tarragona*, y pedis ſe os permutaſſen ſobre *Avila*, es coſa que non ſe podria hazer, por eſtar repartido lo que ſobre cada Igleſia ſe ha de poner, y ſaberlo las partes. De *Bruſelas* a ultimo de Março de M. D. LVIIII.

Sequitur Epiſtola ſeptima *Barcinonæ* data 21. Februarii 1564. In hâc epiſtolâ Rex monſtrat reverentiam & obedientiam Sedi Apoſtolicæ debitam circà approbationem *Honorati* ad Eccleſiæ *Oxumenſis* Epiſcopalis muneris promotionem, quam quià ad deſideratum finem ſine approbatione *Concilii Tridentini*, tùm temporis durantis, non ſe poſſe conducere videret, non obſtante ſufficientia doctrinæ, quam in *Honorato* Orbis mirabatur; undè ne Concilii legibus & conſtitutionibus ſuas præponere videretur, teſtimonium ab univerſitate de moribus, vitâ & doctrinâ *Honorati* Concilio tranſmitti voluit, ut hoc pacto legitima Sedis Apoſtolicæ & *Sacri Concilii Tridentini* diſpoſitione negotium expediretur; ex quibus hujus Regis verè Catholici pietas & veneratio, quâ erga Sedem Apoſtolicam ferebatur, luculenter patet. Sequitur epiſtola.

## POR EL REY

### *A* Honorato Juan *Maeſtro del Sereniſſimo Principe Don* Carlos *ſu hijo.*

EL REY.

*Honorato Iuan* Maeſtro del Sereniſſimo Principe mi hijo, ya terneys entendido lo que por uno de los decretos del *Concilio de Trento* ſe ha ordenado, cerca de los grados, o teſtimonio de univerſidad, que las perſonas proveidas a Igleſias Catedra- Epiſtol. VII

 les

Digitized by Google

les han da tener, y ſegun al aviſo que tenemos de *Roma*, ſe ha diferido de proponer la Igleſia de *Oſma*, a que os tenemos preſentado, diziendo, que ſe ha de ſatisfazer a eſte decreto nuevo del *Concilio*, y a las calidades en el contenidas, y como quiera que en vueſtra perſona, ſiendo todo ello tan notorio, ſe pudiera bien eſcuſar otra aprobacion, toda via, porque no puedan por eſta cauſa hazer embaraço, ni dilacion; y porque Nos tambien queremos, que por nueſtra parte no ſe dexe de cumplir, y executar lo diſpueſto en el dicho *Concilio*, Nos ha parecido, que para ſatisfacer a todo, ſe de por eſſa Vniverſit ad el teſtimonio en el dicho decreto referido, pues le podran dar tan facilmente, y con tanto fundamento, y razon. Y aſſi eſcrivimos a la univerſidad la que va con eſta, vos la hareys dar, ſi os pareciere ſer conveniente, y eſte teſtimonio ſe Nos imbiarà luego, para que ſe pueda imbiar Roma, y ſacar, y deſpachar eſte negocio. De *Barcelona* a XXI. de Hebrero de M.D.LXIIII. años.

*Obedientia Regis præſtita* Concilio Tridentino *circa approbationem eorum qui ad dignitates Eccleſiaſticas promoventur.*

*Yo el Rey.*

FRANCISCO de ERASSO.

## CAPUT V.

### *De humaniorum Literarum, artiumque tàm liberalium, quàm illiberalium, quæ in* Honorato *elucebant, peritiâ.*

QUoniam humaniores literas plurimùm ad mores formandos Principe dignos conferre noverat *Honoratus Ioannius*, omni ſtudio & mentis contentione incubuit, ut omnes tàm Græcos, quàm Latinos melioris notæ Anthores legeret, expenderet, optimatia quælibet ſibi quandoque

que profutura adnotaret. Stylum ſcribendi Oratoribus proprium aſſequi omnibus modis laborabat; & quia ſine Mythologicâ diſciplinâ Oratoriam conſiſtere non poſſe videbat, & illam toto pectore complexus, apologos fabulaſque Poëtarum non ad Phyſicæ duntaxat, ſed & ſub tropologico quodam ſenſuum integumento ad moralis & politicæ Philoſophiæ præcepta & documenta tranſlatas, ſingulari meritis induſtriâ adaptabat; Undè inter doctos & Literatos, Aulicoſque eruditos, de hujuſmodi argumentis dum miſceret ſermones, tanto rationum pondere ratiocinabatur, ut aures unà animoſque omnium ab ore ejus pendentium, heracleaticâ quâdam catenâ trahere videretur. Ad Phyſicum poſteà ſenſum ſingula veterum de Diis figmenta detorquens ad conjugium cœli & Terræ, ad ingentia, quibus Sol, Luna, Stellæ, elementaris Mundi œconomiæ, influxibus ſuis præſtant beneficia, cæteraque Naturæ arcana transferebat; adeòque nihil in naturâ rerum occurreret adeò exile, leve & vile, quod non ad inviſibilem internumque animæ ſtatum ſcitè & eleganter, juxtà intentum analogiæ filum adaptaret; ſummâ deindè voluptate perfundebatur, ſi aut numiſmata veterum, aut ea, quæ ad priſcorum Numinum genealogiam, ritus & cerimonias, ſimiliaque antiquitatum, ſive *Græcorum Latinorum ve* monumenta ſpectarent, nonnullas reliquias obtineret; mirabatur eorundem exquiſitam in Architectonicis modum & rationem; Sculptoriæ pictoriæque artis ſpecimina, earumque præſtantiam intimo mentis ſcrutinio ponderabat, differentiaſque ſingulorum cum noſtris, politiſſimo limatiſſimoque judicio diſcernebat. Undè quicquid in hoc genere eſſet curioſum, rarum, inſolitum, id ad eum tanquam ad totius eruditionis oraculum ex omnibus partibus ferebatur. Sed ne quicquam meis verbis aſſeruiſſe videar, hujus rei teſtem ſiſto

*Mythologiæ ſtudioſiſſimus* Honoratus.

*Ad Phyſicum ſenſum adaptat fabulas.*

*Numiſmatum ſedulus inveſtigator.*

*Varia antiquitatum monumenta ad ipſum mittuntur ex omnibus partibus.*

Celeber-

Celeberrimum Virum *Benedictum Ariam Montanum*, qui *in quarto libro Rhetoricæ* Hiſpanico metro ſic de eo canit.

„ *Repita con las obras los preceptos,*
„ *Que agora, ô* DOCTO JOAN *eſtan labrando*
„ *Tus ſutilezas en tu pecho blando*
„ *Donde tu açierto con ſaber profundo,*
„ *Forjando agora un Rey, compone un mundo:*
„ *Da que facil me ſea,*

*Honoratus doctus & ſubtilis in tantâ varietate ſcientiarum, quarum vel unam penetrare, laudem æternam mereretur.*

„ *Permitele al Poêta, que oy emplea*
„ *Guſtoſo en ſus aplauſos, ſu fortuna,*
„ *De tantas que en ti ay ciencias, ſaber una,*
„ *Con que pueda logrando eternas palmas,*
„ *Los ingenios luzir, guiar las almas.*
„ *Y agora en tanto, que pintar preſumo*
„ *Un Orador inſigne, un ſabio ſumo,*
„ *Tu aſpecto imploro, tu exemplar advierto,*
„ *Permiteme en tu imagen el acierto.*
„ *Que aunque no pueden boſquexar activos*
„ *Pinzeles muertos, a Colores vivos,*
„ *Y eſcrivir la virtud que en ti ſe invoca*
„ *Me niegan Corto ingenio, y arte poca,*
„ *Con todo, ſi de mi arte ſon reparos*
„ *Tus ſombras luzes, tus boſquejos claros,*
„ *Y fixa viſta ofreſco a tu ſemblante*
„ *Eſto ſera baſtante,*
„ O JOAN ILUSTRE, *no para que fieles*
„ *Agoten tus aplauſos mis pinzeles,*
„ *Ni porque yo preſuma*
„ *Al valor de tus prendas darle ſuma*
„ *Sino porque en ti exprima mi conçeto*
„ *El exemplar de un Orador perfeto.*

*Honoratus Orator perfectus.*

„ *Bien*

Digitized by Google

*„Bien abra otros ingenios eminentes,*
*„De impulſos mas ardientes,*
*„De muſa con mas rayos, mas ſerena,*
*„De culto terſo, de florida vena,*
*„Que paſen con aciertos infinitos,*
*„De tus hechos la copia, a ſus eſcritos,*
*„A la voz de tus glorias la armonia,*
*„Y tu gran nombre quieran a porfia*
*„Eſplayarle en açentos dilatados,*
*„Para que te conoſcan admirados.*
*„En quanto el Sol enjuga, y el mar baña* *Gratia in explicandis rebus.*
*„Eſtraños Reynos, maravilla eſtraña,*
*„Lidiaran porque logre ſu eſperanca*
*„Fama en tus prendas, lauro en tu alabanca,*
*„Felices aplicando a rica ſuma,*
*„De abundante materia, fertil pluma,*
*„Sutil voz a alto punto,*
*„Y anticipado premio a grave aſſumto,*
*„Que en ti es forcoſo tengan facilmente*
*„La palma en mano, y el laurel en frente.*
*„Mas no por eſſo quedo acovardado,*
*„Pondre en menor ingenio, mas cuydado,*
*„Si alienta mis temores, ſutil muſa*
*„Ceñida al heroe, y a la voz difuſa!*
*„Y con acierto dando a Febo eſpanto,*
*„Logra tanto deſeo, aſſumto tanto.*

Pari eloquentiâ *Ferrantes Caraffa* Marchio de *San Lucido* *in paraphraſi Italicâ in Lib.* 10. *Homeri*, præſtantes *Honorati* dotes ſummis laudibus confertim proſequitur.

*Poi da un ſaggio* Chiron Zunica *detto*
*Padre di duo famoſi Cavalieri*

*Che ſerviranlo al* Tebro *appo il ſovrano*
*Pontefice Romano, à pace, a guerra,*
*Allevato ſarà con ſomma Cura*
*Ben, che non ſia meſtier d' ingegno humano*
*Oprar in lui, ſendo divino in tutto*
*Che da ſe ſteſſo oltra c' haurà per ſcorta*
*De le ſcientie il chiaro Siliceo*
*( Saggio Paſtor pui degno di* Toledo
*Chè l' gran Pontificato à de la* Spagna )
*Aprenderà ogni ſcienza, ogni arte*
*Pur ch' una volta ſol oda parlarne*
*Et haurà ſeco* IL CANDIDO & GENTILE
HONORATO GIOVANNI HONOR DE I SAGGI
*Et con quel tratterà la ſovra humane*
*Scienze, & con qui chiari ingegni elatti*
*Ch' amici fian de le virtute ſovrane,*
*Et oltra l' arme e le ſcienze illuſtri*
*Gioia haura di vederſi ſempre intorno,*
*Conſoli, Detta tori impreſſi in oro*
*E, Cavalieri d'* HONORATO *grido*
*Sculti in nobil metallo, e Imperadori, &c.*

*Divinum quid in omnibus prabet.*

Honoratus *honor ſapientum.*

Alvarus Nunnez.

*Alvarus Nunnez in Dedicatoriâ Literâ Libri, quæ de detectione fluminis argentei in* Paraguavia *agit*, illum artium & ſcientiarum peritiâ omnes ſui ævi Literatos ſuperaſſe dicit. Verba Hiſpanico idiomate adnecto.

„Con el miſmo zelo eligieron ſus Mageſtades a HONO-
„RATO JUAN a quien encomendaron el enſeñamiento y
„erudicion de V. A. por tener conoçida ſu mucha Chriſti-
„andad, virtud y letras de los muchos años, que en ſus caſas
„Reales ha ſervido, y particularmente el Rey Principe
„nueſtro Señor en ſus eſtudios; el qual deſpues de ſer Caval-
„lero

lero muy Conocido del antiguo linage de los *Iuanes de* “
*Xativa*, y de tener grande Cumplimiento de bienes natura- “
les: ſu ciencia en todo genero de letras, es tanta y tan rara, “
que todos los verdaderamente doctos de eſte tiempo *Italia-* “
*nos*, *Alemanes*, *Françeſes*, *Flamencos*, *Ingleſes*, y *Eſpañoles* admi- “
rados han dado teſtimonio de ſu muy peregrino ingenio, y “
de el mucho y hondo Connoçimiento, que en los Autores “
Griegos, y Latinos, y en la Filoſofia natural, y moral, y “
diſciplinas Matematicas tiene: en todas las quales, como “
ſi las huviera aprendido en el tiempo de los antiguos (que “
ellas mas floreçieron) ſatisfaçe eſcriviendo, y hablando “
en ellas con la ſinçeridad de el eſtilo de los antiguos, a las “
particularidades, que ſolo en aquel tiempo, y de aquellos “
ſus ſingulares Autores ſe podian ſatisfaçer con tanta llaneza, “
y perſpicuidad, que los que le oyen, ſi ſaben las ciencias “
van ſatisfechos, y ſino las ſaben, las entendien , como ſi “
fueſſen coſas muy vulgares, y llanas, y de entre manos. Por “
lo qual ſu converſacion es de grande guſto, y utilidad para “
todos los que le oyen, y muy abundantes de exemplos, y “
de grande erudicion; porque hablando familiarmente trae “
coſas de Autores muy aclaradas, que en ellos eran may difi- “
cultoſas; y no menos ciencia que eſta tiene en los negocios “
humanos, en los quales por ſer muy prudente, uſa de la ſub- “
ſtancia de las letras, ſin que ellas parezcan; todo lo qual V. A. “
experimentara en ſus eſtudios, y ya ſe comiença a ver en ſu “
aprovechamiento: y aſſi libre de la dificultad, y aſpereza de “
los prinçipios por ſer enſeñado por Maeſtro de tantas letras, “
prudencia, y juyzio) llegara facil, y ſuavemente al colmo “
de la Chriſtiandad, y ciencias, que ſu docil y excelente in- “
genio va, y ſus Mageſtades deſean, y eſtos Reynos han me- “
neſter: Tales perſonas Como eſtas, y de tales dotes de inge- “

*Cognitione & Peritiâ literarum omnes ſui avi Literatos ſuperas.*

*Omnigena ſcientia inſtructus.*

*Auditur ab omnibus libenter ob ingenitam illi facundiam & in explicandis rebus cæteroquin difficilibus, claritatem facilitatemque.*

*Deus videtur* Honoratum *Principibus erudiendis dediſſe.*

nio, y animo, convenia que Dios dieſſe en el tiempo que dio a V. A. para que guiaſſen ſu perſona, y anima, y le compuſieſſen, y ordenaſſen de claras, y eternas virtudes. &c.

## CAPUT VI.

## *De egregiâ* Honorati *in Theologicis & Philoſophicis Studiis peritiâ.*

QUemadmodum *Honoratus Joannius* in humanarum literarum ſtudia, ità & in Philoſophicas & Mathematicas diſciplinas veluti pondere quodam ferebatur, quià tamen illarum Ope finem ſuum conſequi minimè ſe poſſe videbat; hinc ſummâ mentis contentione Divinarum Literarum ſcientiam humanis civilibuſque ità arctè connexuit, ut in unâquaque omnibus penè docendi explicandique peritiâ ſuæ ætatis Doctoribus palmam præripuerit; Quod vel inde patet, quod ad eum tanquam ad omniſcium Sapientiæ oraculum, difficillimarum quæſtionum nodi, tum ex Theologicis, tum ex cœterarum artium & ſcientiarum latifundiis, à doctiſſimis & magni nominis Viris, nec non librorum ſplendore illuſtrium diſſolvendi tranſmitterentur, qui ſublimi ejus doctrinâ & ingenii præſtantiâ confiſi firmiter ſibi perſuadebant, id erroneum eſſe non poſſe: quod *Honorati* judicio limatiſſimo arbitrioque ſediſſet. Noverat enim inſtituti ſui rationem, non niſi in rectâ animi cum Deo conformatione conſiſtere, quam cum ſine Theologicis principiis conſequi non ſe poſſe videret, hinc omni conatu iis ſeſe impendit, tanto ſublimitatis provectu, ut non humano, ſed Divino quodam inſtinctu ſubtiliſſimarum quæſtionum exactam notitiam, omnium admiratione acquiſiviſſe videretur. Undè ad eum tanquam ad oraculum non Theologiæ ſolummodò Scholaſticæ, ſed & quæ contover-

*Theologiam juris prudentia jungit.*

*Nodos difficultatum in quâvis ſcientiâ ſolvit.*

*Oraculum Literatorum.*

Digitized by Google

troverſias cum Heterodoxis concernit quæſtiones, diſſolvendæ deferebantur; quæ ſcitè ſane leguntur in tractatu quodam de Cælibatu Miniſtrorum Altaris, quem glorioſo *Honorati* nomini inſcripſit *Franciſcus Gotmanus* ex Ordine S^ti^. Dominici, Celebris in *Hiſpania* Concionator; ſic autem ait: *Tanta ab ineunte Eccleſiæ ætate, Præſul obſervantiſſime, fuit Hæreticorum audacia, atque temeritas, ut in cœlum haud vererentur ſpurcum os ponere ſuum, & ſuam maledicam in terram tranſire linguam*, &c. *Cogitanti verò mihi quo* Mœcenate *labor meus per vaſtum hujus Mundi Campum à ſugillatoribus & irriſoribus ſecurus abiret, protinùs in mentem veniſti, & tamquam divino miſſus Oraculo extenſis* (ut ajunt) *ulnis te omni pollentem virtute recipi, tali enim Patrono certior factus quod ori quorum nativum eſt, aliorum ſcripta in ſiniſtram interpretari partem ingenium ſilentium imponetur. Alacri vultu patrocinii obſecro ſuſcipias munus, ad quod obeundum cum inter cunctos vitâ & moribus ornatiſſimos, & literis omnigenis præclariſſimos ornatior, & præclarior ſelectus Sereniſſimi* Caroli Hiſpaniarum *Principis Magiſtrum ageres, & ego* Compluti *cum idem Chriſtianiſſimus Princeps ibidem cum ſua remoraretur Curia guardianatum obirem quantum tibi fuerim obſequentiſſimus, & comilitonibus tuis charus, & potentiſſimo Principi gratus, meminiſſe juvabit. Vale Præſul religioſiſſime* Oxomenſis *Sedis & decus & ornamentum.* Toleti, *anno Domini* M. D. LXVI. *Die verò* Julii *decimo.*

Franciſcus Gotmanus ad Honoratum.

Invenio quoque epiſtolam *Marcelli Cervini* Cardinalis, poſteà Summi Pontificis, in quâ æſtimationem de *Honorato* ſat ſuperque manifeſtat.

# *Magnifico & Reverendo D^no*. Honorato Juan
*Amico noſtro cariſſimo.*

*Epiſtola Cardinalis* Marcelli Cervini *poſtea ſummi Pontificis.*

Magnifice ac Reverende Domine. Accepi unà cum litteris tuis novum *Plinii* librum, qui mihi cùm per ſe carius, jucundiuſque fuit, tum quod de te. Quem ego plurimùm amo, ac de quo perdiu nihil audiveram, ea intelligebam, quæ maximè volebam. Quapropter quod de Libro tibi reſcribam nihil aliud fermè eſt, niſi te humaniſſimè, atque amantiſſimè feciſſe. Quod eum curaſti tam diligenter ad nos proferendum. Illam autem partem epiſtolæ tuæ, quâ te purgas de litterarum intermiſſione, nec noſco, nec probo. Scis enim nullas mihi poſſe occupationes intervenire, quæ mihi tuas litteras legere impediant. Quarè quod poſthac hujuſmodi excuſatione utaris, nihil eſt. Præſertim cum & nobis in novo hoc legationis noſtræ munere, vel potius onere *Tridentum* proficiſcendum ſit, ubi quantò longiùs a te abfuturi ſumus, tanto magis tuas litteras deſiderabimus, quas quamdiù ibi erimus (quod quantum planè eſſet omninò neſcimus) crebriores quàm adhuc feciſti exſpectabimus. Da operam, ut valeas. Dat. *Romæ* x. Kal. Marty M. D XLV.

*Ambit* Marcellus Honorati *commercium literarium.*

*Tuus* Marcellus *Card. Sanctæ Crucis.*

Ariæ Montani *de* Honorato *grandi loquentiâ.*

Quanti porrò *Honoratum* noſtrum fecerit celeberrimus ille ac πολυδίδακτος Arias Montanus *Bibliarum Regiorum* à *Plantino Antverpiæ* impreſſorum Regius præſes, Tomo 3. Poëmatum luculentiſſimis ſanè elogiis, quibus eum tantum non inter ſemideos collocat, demonſtrat. Sed audiamus Panegyrica.

*Quæ Cauſæ, quibus eruere argumenta, lociſvè*
*Quâ ſerie inventis uti; quæ verba petiſſe*
*Conveniat, quibus exornent; & omnia formis*
*Diximus, & quales fines quæque ultima poſcant.*

*Nunc*

*Nunc Oratorem qualem, quantumque patronum*
*Optemus, facilè expediam tibi carmine tantum.*
*Tu quæ adeò, quem noſtra colit celebratque camæna*
*Adſis præclarum cui dat ſapientia nomen*
Heſperiæ *decus eximium* DOCTISSIME JANI
*Quem pietas, quem Sancta Deum reverentia magnum,* — Laudatur in Honorato vita morumque integritas.
*Efficiunt, quem rara facit doctrina colendum,*
*Qui cunctos virtute trahis, ſermone diſerto*
*Perducis, magnoque tibi conjungis amore.*
*Te expectata diù probitas eſt cognita multo*
*Tempore, & aſſiduo exemplo ſapientia diva*
*Sublimem excelſis,* JANI, *poſuere Cathedris,*
*Et formanda tuo exemplo monitiſque dedere.*
*Pectora, mentem, animumque excelſi Principis in quem*
*Incumbet moderanda olim pars maxima Mundi*
*Namque ubi diſpoſitis per Regia geſta, Philippus*
*Decedet ſerus terris, & Sydera tandem*
*Pondere laſſatus rerum, melioraque Regna*
*Atque decus Cœli meritum, æternaſque coronas*
*Sponte petet lætus vitâ ſatiatus & annis;*
Carolus *Imperii moles, & pondera Regni*
*Succipiet referetque & Avum, referetque Parentem*
Heſperiæ *deſiderium, numen quoque duplex.*
*O tibi quæ doctum tentabant gaudia pectus*
*Cum celſo vectum curru grandævus alumnum*
*Cum videas nixum ſolio, cum ſceptra tenentem*
*Cumque jam magni, duce te, moderamina Regni*
*Juſtitiam, atque fidem didicit, divumque timorem*
*Exercere paret, præceptaque ſancta referre*
*Pectore quæ tenero nunc* JANI *ſculpis, & altè*
*Inſinuas, Regemque paras formare futurum*



Digitized by Google

*Da facilem mihi Te, vatique ignoſce volenti*
*Artibus ex multis, quibus es Tu maximus, unam*
*Dicere, & ingenuos animos, menteſque docere*
*Et patere hîc dum Oratorem depingere conor*
*Te mihi præſentem fieri, exemplarque colendum*
*Dede tuum. Nam ſi vultus, veroſque colores*
*Expreſſiſſe tuos nobis jam fortè negatum*
*Ingenii culpa, exiguæ, & virtutibus artis,*
*Si tamen, & primas umbras ductuſque moremus*
*Invariata tuo figentes lumina vultu.*
*Hoc ſat erit: non ut* JANI *Componere laudes*
*Et faciem finxiſſe ferar, ſed ut optimè dicar*
*Ipſe Oratoris poſuiſſe exempla diſerti*
*Iamque alii vates, quibus & natura benigno*
*Carmina conceſſit fluxu tua facta canendo*
*Effigieſque Tui veras miranda parabunt*
*Edere longinquis etiam ſpectacula Regnis*
*Æternaſque ſuo capiti peperiſſe coronas*
*Certabunt tua facta omnes, laudeſque canentes,*
*Divitè materia inventa, cunctiſque parato*
*Munere, & ad facilem palmam lauroſque vocante*
*Nec minor hæc ſit cura mihi, ſi carmina Muſæ*
*Uberiora dabunt, & tantis Commoda votis.*

**Honoratus Oratoriæ facultatis exemplar.**

## CAPUT VII.

## *De omnigenæ doctrinæ ſpeciminibus* Honorati.

PORrò, quantus fuerit *Honoratus* in bonarum artium encyclopædiâ, non eſt, quod multis decantemus, deprædicârunt id jam alii ante me, *Laurentius Palmyrenus*, qui in tractatu de imitatione Ciceronis, hæc de eo recitat.

*Appar-*

Digitized by Google

*Apparuit jam tandem* HONORATE, *Vir ampliſſime dies ille omnium qui à Gothicis temporibus Chriſtianæ Reipublicæ felicis illuxerit, longè clariſſimis, in quo ab incredibili hominum frequentia exoptatum, afflictis* Europæ *populis inſperatæ pacis nomen excipitur. Aſſequuti tandem ſumus pacem illam, quam apud* Ariſtophanem Trygæus *è puteo extrahens, tantoperè commendat, atque hanc ob cauſam ſolemni adjecta precatione ſacra ubique peraguntur, obortas præ gaudio lacrymas vix continent Viri togati, optimi Cives, ſanctiſſimi Sacerdotes, Legati Regum omnium, quod hæc dies tranquillitati initium, & ærumnis finem allatura videatur.* Palmyrenus de Imitatione Ciceronis.

*Cum igitur gaudiis, lætitiâ, voluptate plena ſint omnia, mirum non erit, me immortaliter hiſce omnibus gaudentem aliquid ſupra vires aggredi, nam qui hactenùs* Piſandro *timidior fueram, nunc audacter difficillima quæque aggredior. Ignoſce quæſo, Vir ampliſſime, huic meæ audaciæ, quæ ab immenſa lætitia proficiſcitur; Noveram profectò quam religioſè te tantum heroem oporteret ſalutare, ſed* Carion Ariſtophanis *coronà ornatus die feſto liberè heroem ſuum* Chremylum *alloquitur, liceat ergò ſervo tuo* Palmyreno *liberè tecum loqui hoc tempore, quo diem feſtum ob novum & inſperatum gaudium celebrat* Hiſpania. *Scio ſanè, quæ tibi adfero humilia eſſe & indigna oculis tuis: Sed præſtat hoc agere, quàm ingrato animo eſſe adverſus illum, qui tot in me, ac tanta beneficia contulerit; nam ſi à fratre tuo nobiliſſimo & prudentiſſimo cum eſſet Conſul Valentinus, munus illud publice interpretandi linguas ſum conſecutus, totum hoc tibi acceptum fero, nunquam enim ille hoc præbuiſſet niſi plane cognoſceret tibi* Mœcenati *meo, illud gratiſſimum extra Controverſiam ullam futurum: Accedit etiam & humanitas, quam tum alias expertus ſum, tum quotidiè* Ludovicus Beltranus *Philoſophus diligentiſſimus,* Summa de Honorato concepta eruditionis exiſtimatio.

*olim noſter auditor, nunc tuus à ſecretis, ſuis ad nos epiſtolis mirabiliter repræſentat, excitabit quoque nos totius antiquitatis indagator* Hieronymus Albacarus *Sacerdos in Templo maximo* Cæſaraugustano, *commemorata tua in ſe benignitate. Sed quorſum tam multa congero? Nonne piaculum eſſet libellum noſtrum* de imitatione Ciceronis *abſque tuo nomine apparere; cum primus nobis* Ciceronem *præbueris, nam cum eſſes per annos aliquot cum amicis tuis Cardinalibus* Sadoleto & Reginaldo Polo, Ciceroni *additiſſimis, verſatus; at mox patriam tuam* Valentiam *inviſeres, primus auctor fuiſti* Laurentio Valentino *Abbati, ut* Ciceronem *amplecteretur. Huic ſucceſſit magnus ille* Andræas Semperius *medicus; mox eloquentiæ & Philoſophiæ Princeps,* Petrus Joannes Nunneſius; *te ergo auctore hi tanti Viri (atque ego homuncio cum his)* Eraſmum *quem à præceptoribus ſuis acceperant, ità ejicere cœperunt, ut jam* Ciceronem *ſequantur, colant, venerentur, ut omnium Diſciplinarum parentem & Principem:* Eraſmum *verò &* Politianum, *ut inutiles repudient, oderint, deteſtentur. Tibi ergò jure hunc laborem dicamus, hoc eſt, aquas limpidiſſimas fonti puriſſimo acceptas ferimus tibi ampliſſime* HONORATE, *hunc laborem maximè eam ob cauſam cupimus probari, ut ſi qui verè judicare, aut propter imperitiam non poſſunt, aut propter malevolentiam nolunt, eos à conſilio detrahendi tuâ deterreat auctoritas. Accipe ergo Clariſſime & Illuſtriſſime Vir, quâ ſoles benignitate, noſtrum hunc laborem, quem tibi dicamus tamquam teſtem animi grati, & accepta à te beneficia libenter agnoſcentis. Nolumus autem inſignes res geſtas Avorum tuorum* Setabenſium, *ut alii ſolent in præfationibus commemorare quoniam tuis præclaris corporis atque animi dotibus, quaſi obſcuræ redduntur: tuas autem in* Commentariis in Colloquia Vivis *præceptoris tui copioſè proſequimur. Tu interim ſi hæc omnia probas, honores propemodum divinos exiſtimabimus*

*Authoritas ſumma* Honorati *in approbatione Librorum.*

*mabimus nos eſſe conſecutos Vale.* Cæſar-auguſtæ *Calendis Februarii, anno* M. D. L X.

*Tuus* LAURENTIUS PALMYRENUS.

*Melchior Fuſterus* in Metropolitanâ Eccleſiâ Valentinâ Præpoſitus, *in præfatione diſputationis de Voluntate Dei*, *Honoratum* ſuper omnes iſtius ſæculi Literatos quâcunque tandem ſcientiâ illuſtres extollit, ſic autem loquitur. Melchioris Fuſteri *de* Honorato *elogia.*

Sit pro omnibus Illuſtriſſimus HONORATUS JOAN„ Epiſcopus *Oxomenſis* jam anteà per plures annos unus ex no-„ biliſſimis Dynaſtis adſtantibus *Carolo* V. Imperatori *Auſtria-*„ *co*; Maximo, & poſteà alterius *Caroli Hiſpaniarum* Princi-„ pis, *Philippi Secundi* prudentis Monarchæ filii Magiſter,„ quem totus Orbis magnis præconiis buccinatur, quem ſa-„ pientes ſui temporis & miſtologici clari conſulebant ut ora-„ culum; mirabantur ut virum cælitùs delapſum; venera-„ bantur ut prodigium ſcientiæ & probitatis. Prorumpunt„ in glorioſi & Illuſtriſſimi viri, nec adhuc Pontificis infulis„ cingentis verticem, encomia. *Alfonſus Garcia Matamoros*,„ *in Academiis & doctis viris Hiſpaniarum in quintâ Claſſe Valentinorum* teſtantis HONORATUM JOANNEM præter literas Græcas & Latinas, & eas artes, quibus liberales doctrinæ & ingenuæ continentur, civili etiam prudentiâ uſque adeò ornatum extitiſſe (ſigna verba auctorum) ut neſcias pluſne literæ in homine, an morum compoſitio, & recta animi moderatio, formæque dignitas, & admiranda facundia valuerint: meritò (cum *Ferdinando Pintiano* addens *Scotus*) maximo jure videtur Natura præſcia ſecundum *Platonis cratilum* tantorum ejus meritorum HONORATI nomen ſummo & incomparabili viro indidiſſe.

Honoratus *habetur Oraculum ſcientia.* *Vir Cælo delapſus.* *Prodigium ſcientia.* Alphonſus Garcia Matamoros. *Linguarum Græca & Latina peritiâ.* Honorati *nomen videtur ipſi divinitus impoſitum.*



Digitized by Google

Lucius Reſendius.

Proſequuntur & alias egregias tanti Viri dotes *Lucius Reſendius de antiquitatibus Luſitaniæ lib.*3. ubi eum prædicat Virum & natalibus, & luculenta eruditione nobilem. Noſter celebris Valentinus *Ludovicus Vives tom.* 2. *in præfatione ad tract: de Officio mariti*, ubi eum prædixit futurum aliquando noſtræ civitatis lumen. *Laurentius Palmyrenus in libro Campi eloquentiæ in præfat. ad tract. de Imitatione Ciceronis*, & HONORATO noſtro tribuit tanquam fonti puriſſimo limpidiſſimas eloquentiæ aquas, quæ omnia jam Typis mandata planè oſtentant; quos flores legerint doctiſſimi & graviſſimi Viri, ut coronando eruditiſſimo Pontifici texerent corollas. Quid igitur de HONORATO; parem dicere leve erit Corradam eloquentiæ gazas erit inane; accendam nitida verborum lumina; nubila aparebunt, totum ſi in ſummam Myrothecium Iſocraticum attingam ejus laudes, non exhauriam. Hoc unum non tacebo, nihil HONORATI ſic maturam & bene coctam ſapientiam; nihil generoſam & inculpatam probitatem; nihil ſic nitidum ſanguinis ſplendorem teſtari, quam poſt grave munus adſtandi Imperatori *Carolo* V. deſignatum Principis Hiſpani Magiſtrum ab Hiſpano Monarcha, ſed à quo Monarcha? à *Philippo* prudenti, qui ad talem in eligendo, apicem conſcendit, quo pauciſſimi præteritorum Regum evaſere, quique quorumcunque ſeculorum Regibus in Miniſtris præluxit, quem eligeret, ad filium primogenitum, unicum hæredem bonis artibus & diſciplinis imbuendum, inſtitutorem, qui attentiſſimè deſignabat; Principes ad Provincias, Prætores ad populos. Prælatos ad Eccleſias; quiſque & qualis erat HONORATUS, ex hoc ſolo perpende, quod cum, neque tam eſſet his temporibus (verba ſunt Alphonſi Garcia) Hiſpania *noſtra bonis & eruditis vacua, & ſpoliata viris, ut non*

Ludovicus Vives.

Laurentius Palmyrenus.

*Mira Laus* Honorati.

*Inter innumeros Sapientes* Hiſpaniæ *Viros, ſolus* Honoratus *fuit, qui eligeretur in Principis Magiſtrum.*

*non Academia una Complutenſis, decem poſſit pro uno* Ariſtotele *magnos & incomparabiles Præceptores* Carolo *puero ſuppeditare; à tali Rege ad tale Magiſtri munus tali Principi*, HONORATUS, *adhuc & ſtatu & habitu ſecularis, ex Aula Regia aſſumptus eruditiſſimis omnibus in Academiis ſui temporis, ſit Prælatus*

Non intermittendum hoc loco duxi, metrum Nicolai Grudii Belgæ, quo πολυσοφίαν *Honorati* tantùm non ad ſidera extollit.

## NICOLAUS NICOLAIUS GRUDIUS BELGA,

### AD

# HONORATUM JOANNIUM VALENTINUM.

*Ex libro nuncupato Enchiridion, exarato propria manu Illuſtriſſimi Epiſcopi* Segobienſis, *& Præſidis D.* Didaci à Covarruvias, *& recondito in Bibliotheca Celeberrimi Collegii majoris apud* Salmanticenſes *Sancti Salvatoris, ab Illuſtriſſimo ac Reverendiſſimo Domino Epiſcopo* Oventenſi *conſtructi.*

ME ſine, ad Patrias redibis oras,
Atque arva *Heſperiæ* Beata terræ,
Qua ſerum poſuit cubile *Titan.*
Fidus magnanimo Comes *Philippo*
*Iberùm* decus unicum Virorum.
Quicumque *Aonias* amant choreas.

*Mira elogia* Honorato *data à* Nicolao Grudio.

Docte, & *Palladis* una cura JANI
HONORATE, animi mei voluptas,
Quo nihil doctius, eruditiuſque
Aut *Tagus* colit, aut minax *Iberus*,
Quo *Valentia* geſtiens alumno
Deſpectat reliquas ſuperba terras:
Ac tecum *Heſperias* reviſet urbes,
Qui te diligit, ut ſuos ocellos,
Et *Grais* bonus, & bonus *Latinis*
Jucundus ſimul & ſimul venuſtus
*Gonzalus* tuus, atque *Garſilaſus*,
Et qui pro meritis tibi rependat
Amorem *Benavidius* perennem,
Et qui delicias tibi facetas
Auguſtiſſima domus dedit venuſtas
Facundus *Hieronymus Labellis*,
Et qui Phœbicolas viros honorat
Clarus artibus ipſe mox futurus
*Petrus* ille *Abile* propago ſtirpis
Et tu flammigeri beata Cœli
Totam Regia ſe cui recluſit
Doctor unicæ præpotentis aulæ
: : : : : : : : : Pater, cui retruſa
Tot oracula præſcium virorum
Datum, & Verbigenam expedire *Chriſtum*,
Et notus lepidis ſimul camænis
Jucunduſque ſimul, ſimul venuſtus,
Et *Grais* bonus, & bonus *Latinis*
Noſtram qui ſolet approbare *Muſam*
Nec luſus patitur perire noſtros
Ditis gloria Stella *Barcinonis*

Seu

Seu mavult patrio ſonare plectro
Doctos Hendecaſyllabûm Lepores
Seu gravis *Latio* intonat cothurno
Magni, poſtera quæ ſtupeſcat ætas
Facta Principis, & ſacros triumphos
Nec me monticulis Deis canentem
Inter Najades & leves Napæas
Nec muſcoſa per antra garrientem
Vocalem mutilata verba divam
Sub nigris fruſticum audies latebris,
Nec per gramine prata mollicello
Umbroſis ſpatiaberis ſalictis
Parvus *Guævara* quâ virente ripâ
Et pellucidulis decorus undis
Levi murmure, blandulum ſuſurrat
Dulci & gutture perſonant volucres
Nec mecum *Zephiri* recentis auras
Captabis nemorum vagans opacus
Conis Pomiferum, vel inter alta
Quercus robora, patulaſque fagos
Antiquæ Sylvæ, & cavos receſſus
Sacratos *Veneri*, & novum Deabus
*Latoo* & Domino novem Dearum,
Et qui corda ferit furore dulci
Æternum volucri ſacros amori
Ergo cui potero meæ calores
Et queſtus legere improbos juventæ?
Noſtris cui libeat vacare Muſis?
Emendare meos cui labores
Seu quæ ſeria ſeu jocoſa tracto
Ut nuper tibi? Dum mei pererras



Digitized by Google

*Alſimbergiaci* hortulos amœni,
Et gratos teneris agros Camænis
Inter murmura ſubſtrepentis undæ
Seu quæ virgineæ dicata Divæ
Quam penes nemorum manet poteſtas,
Et quæcumque nemus colunt ferarum
Senis exſilet illutoſa cannis
Seu quæ frigidulum citans ſoporem
Horarum didicit notare curſus
Seu quæ publica publicos in uſus
Deducta irriguo fluit liquore
Quo ſæpè à rapido levatus æſtu,
Fave dum poſito ſedet viator
Fælices mihi comprecatur annos
Aut qui cum ſalibus lepore tinctis
Argutiſque jocis, nec in facetis
Alternare queam ſevera dicta,
Hinc quæ Socraticæ tibi libelli
Et partu celebris *Stagira* docto
Præceptiſque *Panæcius* diſertis
Et ſcholæ Argolicæ verenda turba;
Hinc penes locuplete liberalis
*Arpinas Latio* ſenex miniſtrat
Nam te quis melius peritiuſve
Nexu flexibile, & tenace vinclo
*Difficultatum ſolutio.* Tortos ancipiteſque ſyllogiſmos
Nodos irreſolubileſque ſolvat?
Extricetque ſophiſticas quærelas?
Explanetve poëticos Libellos
Deûm progenies, Deûmque amores
*Mythologia.* Scito compoſitas tot, & fabellas,

Et

Digitized by Google

Et tot myſtica ſenſa ſub fabellis?
Aut quid hiſtoriæ vetuſtioris
Mores, nomina, temporumque lapſus?
*Nemo melius ſolvit difficultates in omni ſcientia.*
Orbis quis varios perindè tractus
Leges, Imperium, Vagaſque gentes,
Duces, prælia, funera & trophæa,
Montes, æquora, flumina, paludes
*Hiſtoria.*
Arces, oppida, viculos, colonos
Ore doctius explicet rotundo?
Aut quis dexterius certiuſve
Collapſos veterum gravique preſſos
Sub caligine procidentis ævi
Nube, & temporis obrùſòs labores
Si tu vindicat? eruit? Reponit?
Sanat? Reſtituitque? reficitque?
Primœvo iterùm polit nitore?
Communis merearis ut vocari
Parens jam veterum novus virorum
Quis Mathemata rectiùs, quis artes
*Mathematica.*
Callet omnigenas? Semelque totum
Naturæ genium tenet potentis
Tu tamen patrias redito ad oras
Atque arva *Heſperiæ* beata terræ
Qua ſerùm poſuit cubile *Titan*.
Quo te *Carolus* Orbis Imperator
Quo te magnanimus vocat *Philippus*
*Neptuno*, & facili favente Cœlo,
Tutus per tumidas veharis undas
Vdæ ad litora rauca *Barcinonis*
Stellam qua reducem ſuum manentes
Conjux anxit parvulique nati

*Honor in patriam reduci exhibendus.*

Occurrent bibulas ad uſque arenas,
Et ungent cupidi hinc & hinc lacertis
Figent oſculaque hinc & hinc labellis
Spargent fronde ſolum ſimul virenti
Nectent tempora floreis corollis
Et mitti teneræ comas honore.
Hinc mox ad patriam meabis urbem,
Et *Valentia* te beata cernet.
Fœlix illa quidem & beata Merce
Quam metet procul, hinc *Eous*, illinc
Mollis quos *Zephyri* fovent tepores
Tot Viriſque beata literatis
Sed fœlix magis & magis beata
Et tanto mage glorioſa nato
Magne, & collibus invidenda *Romæ*.
Hinc tecum Comites eant amici,
Hinc læti excipiant reverſum amici,
Stipatuſque ſodalium coronâ
Vernantes oleas, & inter aureas
Citros, floribus, uſque candicantes
Narrabis cupidis tuos labores
Erroreſque viæ laborioſos.
*Surite* veteri meo ſodali
*Germanique* animæ mei *Secundi*
*Reſendoque Sepulvedæque* magnis
Quorum nomina nulla tollet ætas.
Ac dum ſingula te juvat referre
Et lugubria temperare lætis
Forſan nec meminiſſe te pigebit
*Alſimbergiaci* mei venuſti
Ipſe & pars fuero tuæ loquelæ

Sui,

Sui, & carmina Belgici Poëtæ
Docto JOANNIUS approbavit ore.
Sed *Germania* te prius diſertum
Te *Saturnia terra*, terra vatum
Te *Tybris* Pater, arduæque turres
Urbis *Romulæ*, & ſuperba Templa
Patres Purpurei Sacer Senatus
Et quem commiſerans propinqua fata
Telluris miſeri & labantis Orbis
Sanctæ Religionis & Ruinas
Demiſit Superis parens ab aſtris
Rector Chriſtiadum ſagax *Julus*
Facundo audiat ore diſſerentem
Mireturque novum ſtupens leporem
Protendatque tibi & ſinat benignus
Sacratas ſibi baſſare plantas.
Quæ te cumque tamen tenebit ora
*Iberum* decus unicum Virorum
Doctæ & *Palladis* una cura JOANNI
HONORATE, animi mei voluptas,
Præſens mi tua, & uſque, & uſque imago
Obverſabitur intimis ocellis,
Hæreſcetque mihi intimis medullis,
Sic te *Palladis* una cura JOANNI
HONORATE libens honore honeſtet
Magni *Carolus* Orbis Imperator
Et bonus tibi nihil neget *Philippus*.

*Nicolaus Nicolaius Grudius Belga.*

Hunc ſecutus Illuſtriſſimus *Oxomenſis* Eccleſiæ Epiſcopus *Petrus Montoya*, cujus encomia, quibus *Honoratum* no- Petrus Montoya.

noſtrum penè ad ſidera extollit, vide in ſequentibus allegata.

## Caput VIII.

## *De moralium virtutum ſtudio, vitæque integritate.*

Magni ſemper apud morum Magiſtros illud effatum Pythagoricum γνῶθι σεαυτὸν, momenti fuit, quo quidem unicè inſinuabant, Moralis diſciplinæ diſcipulos fruſtra laboraturos, niſi nexum illum artium ſcientiarumque cum animi probitate, omni gloriæ oſtentatione proſcripta, conjungerent, hujus enim defectu ſolius, omnem reliquum in ſcientiis addiſcendis conatum irritum evanidamque futurum. Fruſtra enim docere videtur, qui documenta virtutum tradita in ſe non exprimat, & pietatis probitatiſque normam ſibi ipſi non applicet. Vana eſt extrinſeca virtutis oſtentatio, & hypocritico non caret fuco, ſi quis interiorem animi timore Dei concuſſi cultum non adhibeat. Qualem ſeſe *Honoratus* noſter in hoc virtutum ſtudio exhibuerit, omnia iis plena ſunt, quæ de eo comperiuntur encomiaſtica relicta monumenta: Hanc omnigenam quoque doctrinæ varietatem morum elegantiæ junctam, ſcitè ſane deſcribit *Antonius Auguſtinus* Archiepiſcopus Tarraconenſis in vita fratris ſui Hieronymi Auguſtini cubicularii Caroli V. Imperatoris. *Amicitias*, inquit, *multorum doctorum virorum habuit* Carolus *Cæſar*, *inter quos fuit* Romulus Amaſæus, Ludovicus vives & Honoratus *præſertim* Joannius *maxime carus*, *qui bonas literas bonis moribus è nobilibus viris conjunxit*: quæ item teſtatur *Aubertus Miræus in vita Nicolai Grudii*, *Villalpandus in epiſtola dedicatoria Lib. Concilio-*

*Virtus literis conjungi debet.*

Antonius Auguſtinus de Honorato.

Aubertus Miræus.

Digitized by Google

*ciliorum Toletan. Alvarez Gomez in panegyrico Martini Salicei in Archiepiſcopum Toletanum aſſumpti* aliique complures quos longum foret, recenſere. *Erat enim* uti Palmyrenus de eo refert, *in actionibus cautus & prudens, in converſatione Principum ea depromebat, quæ ad Dei timorem incutiendum & ad Chriſtianæ Religionis mores in animis audientium formandos, maximè conducere viderentur; erat Divinæ Legis, gloriæque ejus propagandæ ferventiſſimus Zelotes; vitæ immaculatæ & irreprehenſibilis integritate omnium in ſe animos convertebat. Unum in eo admirabantur, quomodo in uno homine tantus artium, linguarum, ſcientiarumque complexus cum tam inſolita modeſtia & incredibili animi moderatione conſiſtere poſſet!* Miratus inter cæteros hanc conſummatam perfectamque polyſophiam *Jaſon Vereia* in libro 4. Rhetoricæ *Ariæ Montani*, ubi Hiſpanico metro dotes ejus deſcribit. *Morum probitas in Honorato.* *Jaſon Vereia.*

„Tu, pues, o DOCTO JOAN (que ſolo alcança
„Creditos en tu nombre la alabança.
„Pues, digo, aunque mas buſque al dezir modo,
„En todo nada, y en tu nombre todo)
„Inſpira dando buelo a penſamientos,
„Alas al coraçon, al pecho alientos.
„Tu a todos dulcemente
„Atrahes con virtud, y man valiente,
„Gujas con eloquencia ſus acciones.
„(Que ſon rayos prudentes tus razones)
„Y en ti unes con amor, que en noble pecho,
„Quanto mas generoſo, es mas eſtrecho
„A ti el valor nativo, en que profias
„Conocido a la luz tantos dias
„A ti la ſuma ciencia, docto eſpanto;
„Bien viſta al eſplendor de exemplo tanto,



Digitized by Google

Pergit deindè demonſtrare, quantâ animi corporiſque præſtantiâ eum Virum inſtructum eſſe oportuerit, quem *Philippus II.* Rex in filii ſui Magiſtrum, morumque inſtructorem elegerit.

*Dotium in* Honorato *exiſtimatio concipi poteſt ex electione* Philippi II. *in filii inſtructorem.*

„Te erigieron, O JOAN, con buelò preſto
„A esfera ſuperior, a inſigne pueſto.
„Para infundir con el feliz modelo
„De tu ſacro deſuelo,
„Al pecho Regio, ſoſſegada calma,
„Luzimiento al ingenio, acierto al alma.
„De Principe inſtruido, y ſoberano
„Pues ha de dar al dictamen de ſu mano,
„El agua, el papel todo de ſus playas,
„El ayre, plumas, y la tierra rayas.
„Porque deſpues que de *Phillippo* el braço
„Tranquilo añude al Orbe el firme lazo,
„Y digno ya de Reyno mas luzido,
„Canſado, y oprimido
„Por la gran peſadumbre el guſto amargo,
„De dilatada edad, de Imperio largo.
„Voluntario, y contento,
„Harto de vida, y de quietud ſediento,
„Ciña ſus ſienes de immortales Zonas,
„Buſque conſtelaciones por Coronas,
„Por fragil trono, ſillas ſiempre bellas,
„Por vaſſallos eſtrellas,
„Deſcanſos por deſuelos
„Por triumfos glorias, y por tierras cielos
„Entonces *Carlos* por prudente aſſombro
„Al peſo del govierno darà el ombro;
„Siendo en vivo color, en igual Zelo,

„Copia

„ Copia del Padre imagon del abuelo
„ Y *Eſpaña* adorara dos Mageſtades,
„ Vera en un ſimulacro dos Deidades
„ O que gozo deshecho
„ Ocupara los ſenos de tu pecho.
„ A tu ſaber igualara tu guſto
„ Quando en adulta edad tu alumno *Auguſto*,
„ De real plauſtro en el tirado eſpacio,
„ Las calles le veneren, y el Palacio
„ Le vea ya con general abono,
„ El cetto florecer, luzir el trono
„ Y en ſus felices Reynos, en ſu corte
„ Atento exerça (ſiendo tu ſu norte)
„ Clara fe al governallos,
„ Temor a Dios, juſticia a los vaſſallos.
„ Y en impulſos perfetos,
„ Repita con las obras los preceptos.

Queis quid altius & glorioſius de erudito Viro dici queat, non video.

## CAPUT IX.

## *De* Honorati *in Politicis & Legalibus ſtudiis peritiâ.*

HOnoratus, uti ſemper oculos mentis ſuæ in publici boni emolumentum intentos habebat, ità quoque ea præcipua ſtudia ſectabatur, quæ ad finem conſequendum media opportuna, futura noſſet. Cum igitur in Reipublicæ adminiſtratione Juriſprudentiâ nil utilius, nil fructuoſius eſſe cognoſceret, ſummo mentis ardore eam amplexus eſt; memor iſtius *Demoſthenis* epiphonematis, qui dicere

Digitized by Google

dicere ſolebat, Legi obtemperandum eſſe, eo quod Dei donum & bonum eſſet prudentiſſimorum ſapientiſſimorumque hominum decretum; Cum enim ad omne genus hominum ad humanam ſocietatem tuendam Leges & jura pertineant; certè nemo tam inſenſatæ mentis erit, qui Legiſlatores Divino quodam afflatu ad ſubveniendum rebus publicis caruiſſe aſſerat. Cum nulla civitas, nulla Reſpublica, nullum Regnum, quod Divina fide authoritateque nudatum ſit, perſiſtere diù queat; optimè proindè norat perſpicaciſſimus *Honoratus*, nil hac legali ſcientia excogitari poſſe ad continendum populum vehementius, ad peſtem avertendam ſalutarius, & ad Reipublicæ ſtatum conſervandum ſecurius, & denique ad illum majoribus indies incrementis amplificandum præſtantius: Hinc veluti abdito quodam inſtinctu in Legum ſcientiam, quam ſibi ſuo tempore tantoperè in Regum animis imbuendis profutura, præſaga quadam mente prænoverat. Quàm verò ſollicitè in Regis filio *Carolo II.* erudiendo ſe impenderit, quàm ſalutiferis politicæ diſciplinæ documentis Regium pectus inſtruxerit, in ſequentibus patebit. Certè *Arias Montanus* paucis verbis ejus in politicis peritiam, *in ſuis poematis* ſcitè ſanè deſcribit uti ſequitur.

*Neceſſaria juriſprudentia ad humani generis adminiſtrationem.*

Arias Montanus.

„El INSIGNE HONORATO a cuya mente
„Ha concedido generoſo el cielo,
„Tanto ingenio, virtud, gracia, deſuelo,
„Quanto fue meneſter para ſer dieſtro
„Del Principe mayor, MAYOR MAESTRO
„Y quanto baſta para que admirada,
„No vieſſe otro exemplar la edad paſſada,
„Y ſienta en ſu earrera
„No hallar Otra igual luz la venidera
„A eſte INSIGNE VARONO vezes quantas,

„Con

Digitized by Google

„Con fiel cabeça, y incanſables plantas,
„Deſde que aquella eſtrella precurſora
„Orrores barre, y orizontes dora
„Haſta que eſconde el Sol ſu llma bella
„Admirado del Sol, y de la Eſtrella,
„Le vi con alto anelo,
„Recoſtado en la ciencia, en pie al deſuelo,
„Ceñido del conerſo que frequenta
„Su oraculo ſutil, ſu muſa atenta
„Quien navegando del parnaſo al puerto,
„Tiene por norte el metrico concierto,
„Con ingenioſa ſal, con fiel corriente
„En el encuentra el mar, halla la fuente.
„Quien preſume luzir Orador ſabio
„Con razon cuerda, y eloquente labio,

*Quanto cum ſuavitate doceret.*

„Hiperboles de aplauſo en el eſtiende,
„Y en el emplea, lo que del aprende.
„Quien de la medicina obſerva el polo,
„Del hombre auxilio, y invencion de *Apolo*,
„En el de ſu ignorancia remediado,
„Encuentra al inventor, y el inventado.
„Quien ſigue en el volumen de las leyes,
„Armas de Dios, y nervios de los Reyes,
„El rumbo de la fiel Juriſprudencia
„Halla en cada voz ſuya una ſentencia.



Digitized by Google

## CAPUT X

### *In Mathematicis, linguarumque ſumma* Honorati *peritia.*

VEnio nunc ad *Honorati* ſtudiorum varietatem ac imprimis ad Mathematicas diſciplinas, quod uti Regibus ſummiſque Principibus, ubi quandoque à vario negotiorum tumultu liberiores fuerint, unicum ſtudium eſt, ita haſce adeò plenè poſſidebat, ut nulli alteri ſcientiæ, præterquam hiſce toto vitæ ſuæ decurſu, incubuiſſe, ſui temporis Mathematici arbitrati ſint. Et cum in Latina lingua nihil tam copioſum tam facultate ornatum, nihil tot ornamentis Oratoriis confertum, nullum dicendi genus daretur, in quo non excelluerit; nil in poëſi tam exquiſitum, quod non ſui juris ex aſſe fecerit; Dicam amplius, nihil in liberalibus artibus, neque in Aſtrologicis dogmatis, nihil in veterum recentiumque ſcriptorum monumentis tam abſtruſum, quod non magnæ mentis ſuæ penuario incluſerit, nihil in Arithmetica, Geometria, Muſica, Aſtronomia peregrinum reperiebatur atque reconditum, quod hujus viri ſcientiam & cognitionem lateret. In Aſtronomicis ita excellebat, ut ſuppar *Ptolomæi* & *Alphonſi* Regis ab omnibus paſſim diceretur haberetúrque. In Linguarum, *Latinæ, Græcæ, Belgicæ, Gallicæ, Hiſpanicæ* cæterarumque notitia alter *Mithridates* habebatur. Verùm ut Lector videat, hæc omnia veritati conſentire, hoc loco opportunè ſane adducam *Benedicti Montani*, viri celeberrimi, & ſummi ingeniorum exploratoris heroicos verſus ex Libro quarto Rhetoricæ depromptos, ubi *Honoratum* exemplar veri Oratoris omnibus imitandum proponit, quemque nil in divinarum humanarumque rerum cognitione latuiſſe ſequenti metro decantat.

Honoratus *omniſcius.*

Si

*Si tamen exoptas memoris miracula mentis* — Arias Montanus.
*Et cupias animo mortalem excedere ſortem,*
*Par ſuperis meminiſſe velis; mea carmina nunquam*
*Id tibi monſtrabunt: nec enim divina monemus.*
*Nec molimur opus nullis imitabile, quando*
*Ingenio id fuerit noſtro, noſtriſque negatum*
*Viribus, & nulli contingere vidimus unquam.*
*Præter* HONORATUM, DOCTUM, *cui Numina tantum*
*Conceſſere animi virtutum, ac tanta dedere*
*Munera, quanta olim tantum decuere Magiſtrum*
*Principis, & quæ etiam nullis cognovimus ante*
*Exemplis, & quæ noſtri meminiſſe nepotes*
*Non poterunt, exempla ſuis ſentire diebus.*
*O quoties* Mæcenatem *hunc miratus, ab ipſo*
*Sydere, quo tellus pallentes diſcutit umbras*
*Donec in occiduo demergitur æquore* Phœbus
*Officio adſtantem vidi; cum plurima turba*
*Hunc adit, atque ſcholas certatim adcurrit ad ejus;*
*Quique colunt Muſas, queis ſunt ſacra carmina curæ,* — Poëſis.
*Qui ſtudium exercent linguæ eloquiumque diſertum*
*Quoſque tuum* Phœbe, *inventum medicina ſalubri* — Medicina.
*Detinet auxilio, quos publica jura forumque*
*Exercet, jamque Aſtrorum Mundique periti* — Jus Civile.
*Hic orbem, hic maria ac terras metantur, & altè*
*Tempora diſcutiunt, motus quos Sydera toto* — Coſmographia.
*Fixa polo ſervent; atque hic quem maxima rerum*
*Delectat natura parens, cauſaſque notare*
*Cogit, & in rebus elementa inquirere cunctis:*
*Aptat, & intonſi pertractat* Apollinis *artem*
*Non pictor, non & ſculptor, ſeu marmore, ſive*
*Ære ſacros ducat vultus Divûmque figuras,*

*Et veterum Artificum certet ſuperare labores*
*Hic ceſſat: non ingenii quicumque probati*
*Laude aliqua, nomen pulchrum famamque tuetur.*
*Omnibus ille vacat gratus cunctoſque tuetur.*
*Officioque fovet docto, & certiſſima reddit*
*Reſponſa, in quacumque illum quis conſulit arte.*
Sacra Scriptura. *Jamque adeò quisque Divina oracula ſacris*
*Scripta voluminibus celebrat; legeſque frequentat,*
*Et montis Divûm, Vatumque arcana piorum*
*Huc conferre ſolent quidquid didicere legendo*
*Hinc petere abſtruſos ſenſus quicumque latere*
*Et fugere humanam mentem ingeniumque videntur.*
*Ipſe ego ſæpè domum (fateor) miratus & altum*
*Ingenium, doctuſque magis meliorque redibam*
*Undè tibi tantum mentis* DOCTISSIME JANI
*Unde fluens indefeſſo Tibi pectore torrens*
*Dicendi? Unde & tot ſpatia, & tot tempora rebus*
*Diſcendis, quando & Marti belliſque vacabas?*
*Unde recordandi vires, & cuncta locandi*
*Ordinibus propriis; ut non confuſa ferantur*
*Ut prodas, mox quæſitus, non omnia tantum*
*Momenta, & methodos omnes quæque artibus inſit*
*Materias, ſed ſcriptorum Tibi pagina multa.*
*Auctoreſque ipſi certo tibi ore citentur,*
Græca linguæ peritia. *Seu* Graio *ſermone petam, ſeu forte* Latino
*Seu* Tuſco, *ſive &* Gallo; *Nam plurima linguæ*
*Ore ſonas facilis diſcrimina, quæ Tibi magni*
Mithridates. *Invideat* Ponti *Princeps: namque ille diſertus*
*Bis duodena ſuis totidem diſtantia linguis*
*Jura dabat populis, quos ſub ditione premebat.*
*Hoc ego temporibus modò non imitabile noſtris*

*Quod*

*Quod tibi fælici donabant Numina ſorte.*
Jani *non ullis componam verſibus unquam*
*Hæc ſuperos poſcenda puto, non arte petendo.*

Quæ eadem in epiſtola quadam ad *Honoratum* data nervoſo ſtylo deſcribit *Antonius Caceres Patiecus.*

## Honorato Joannio Caroli Principis *meritiſſimo Magiſtro, Antonius Caceres Patiecus. S.*

*Libellum hunc* de Prætura Urbana *duabus de cauſis ſtatui tibi dicare* HONORATISSIME HONORATE. Prima *quia cui nobilis niſi nobiliſſimo, ſtudioſus niſi eruditiſſimo dicarem non occurrebat.* Altera *quod cum hæc à me qualia qualia ſint, in uſum Reipublicæ ſcribantur, per quem alium niſi per te tradi, & tanquam inſinuari* Carolo *Principi poſſent, quod non inhabile prorſùs futurum arbitrabar, non videbam; ac primùm de nobilitate tua non dicam quod apertiſſimum ſit, te longa majorum retrò ſerie generis ſplendore nobilitari, neque de literis & eruditione, quia ſingularis tua modeſtia nihil minus ferre poteſt, quàm vel modeſtiſſimè laudari: Græcè & Latinè ſcire te nemo melius poteſt: In Mathematicis & Aſtrologia aſſequeris Tu Reges illos admirabiles & præclariſſimos,* Ptolomæum Ægypti, Hiſpaniæ Alphonſum: *In philoſophia, vel que regulam tradit diſſerendi, vel que de natura diſputat, vel que verſatur in vita hominum & moribus, parem habere tu fortaſſè potes, ſuperiorem non potes. Jam verò quantum interſit Reipublicæ, ut is qui ſceptra geſturus eſt, præcepta, quæ ad ſtatum, & conformationem Civium attinent, vel cum lacte nutrias imbibat, exploratum habemus. Qua in re præcipuè tibi magis in eo eſt vel propterea elaborandum, quod optima hæc* Caroli *Principis indoles non ſolùm te inſtitutore tranquillum, & fælicem ſtatum Rebus publicis, ſed ipſimet quoque Adoleſcenti Regi literarum uberrimos, ac verè Regios, non quales imperitus vulgus amat, ſed quales eſſe debent, proventus polliceatur.*

Antonius Caceres.

Nobilitas Honorati.

Literarum bonarum [illegible]

*Quid, enim tam verè Regium, quàm literarum non perituris divitiis, non modò privatis hominibus, ſed Regibus ipſis antecellere; Quarè perge, ut Cæpiſti, & in eam curam incumbe, ut præſtantiſſimam iſtam alumni tui admirabilemque naturam ita inſtituas, atque informes; ut is qui dignitate & imperio viris Principibus excellit, diſciplinarum cognitione eruditiſſimis par eſſe videatur. Sed interim munuſculum noſtrum (quæſo te) eo animo accipias, quo ſolent accipere tui ſimiles munera quantumvis levia, ab amicis teſtificandi animum cauſa, quæ offeruntur Vale.*

Antonius Patiecus.

Talento magno à natura in omni genere diſciplinarum inſtruendis Principibus præditum fuiſſe *Honoratum*, *Alphonſus Oretanus* ad *Antonium Caſerem Patiecum* in Librò de Prætura Urbana ſcite docet, uti ſequitur.

*Atque utinam ad eam ætatem* Philippi *Regis vita excurrat, ut quas tu introduci cupias gerendæ Reipublicæ rationes, quaſque ipſe præclare in nobilium Prætorumque virorum ratione potiſſimùm habenda inchoavit in longa Regni adminiſtratione conſtituere, ac explicare poſſit, eaſque altioribus radicibus nixas in* Carolum *filium Principem alteram* Hiſpaniæ *ſpem propagare, qui ab* HONORATO JANIO *omni virtutum genere, rariſſimaque optimarum artium doctrinâ ornatiſſimo viro maximaque divini plane Regii pueri ingenii erudiendi moderandique facultate, quæ in homine ſumma eſt, ſi unquam in illo fuit, inſtitutus creſcit, ſuavioreſque indies mores mirabilioreſque ſui expectationis excitat.*

Andreas Scotus.

*Andreas Scotus Peregrinus* in Bibliotheca Hiſpaniæ quæ de *Honorato* ſcribit ſupra citata hic repetenda duxi.

HONORATUS JUANNES *Eques Valentinus præter literas Græcas, & Latinas & eas artes, quibus liberales doctrinæ ac ingenuæ continentur, Civili etiam prudentia, uſque adeò ornatus* HONORATUS *extitit, ut neſcias pluſne literæ in hoc homine, an morum compoſitio, & recta animi moderatio, formæque dignitas,*

&

*& admiranda facundia valuerint : laudatus & hic cum* Joanne Gelida, *à* Vive Ludovico, *&* Joanne Genecio Sepulveda, *extremo* lib. 7. Comment. in Politica Ariſtotelis ; *&* Ferdinando Pinciano in Plinium, *ut maximo inquit jure videatur Natura præſcia ſecundum* Platonis Cratilum, *tantorum ejus meritorum* HONORATI *nomen ſummo & incomparabili viro indidiſſe: ejuſdemque diſciplinæ commiſſus à* Philippo Secundo Hiſpaniarum *Rege* Carolus *filius Regnorum hæres, quo refractarios ejus mores correpta indole refrenaret. Poſt* Uxamenſis *eſt virtutis ergo Præſul renunciatus : ſcriptaque ejus deliteſcere adhuc exiſtimantur, nihil enim vivus evulgavit.*

## CAPUT XI.

### *De* Honorati *ad Paſtoralem Curam Eccleſiæ* Oxumenſis *aſſumptione, & de Confirmatione ejus literis Apoſtolicis.*

TOt itaque tantiſque Naturæ dotibus inſtructus *Honoratus* ad Epiſcopale *Oxumenſis* Eccleſiæ munus ob ingentem meritorum cumulum aſſumitur. Quæ cum inter præcipuas *Hiſpaniæ* Eccleſias non poſterior ſit, certe dignioris nominis vir, inter tot prenſantes ad hujusmodi dignitatis gradum eligi non poterat. Vivebant tunc temporis in Regia Aula in omni ſcientiarum genere viri conſummatiſſimi, quos inter & primum locum occupabat *Honoratus*, tanquam virtutum ſcientiarumque prototypon omnibus propoſitum, quem vel audire, vel ab eo quidquiam diſcere, quiſque ſe felicem rebatur. Vacabat tum temporis Eccleſia *Oxumenſis* in *Caſtellæ*. Regno poſt mortem *Petri* Epiſcopi dictæ Eccleſiæ Pontificis, cui ſtatim ſubrogatus fuit, & à Rege denunciatus *Honoratus Ioannius* tum vel maxime, quod dicta Eccleſia

*Virtutum ſcientiarum prototypon* Honoratus.

*Præ cæteris aptiſſimus ei defertur Epiſcopatus* Oxumenſis.

Regno

Digitized by Google

Regno *Caſtellæ* adnumeraretur, quam occaſionem jam dudum operiebatur *Philippus* II. Rex munificentiſſimus, ut cum hoc dignitate eum exaltare poſſet, qui omnium erat meritiſſimus, & cui plurimùm præ cœteris omnibus debebat. Quod & in epiſtola quadam ad eum data efficaciſſimis verbis demonſtrat, quam Capiti * hujus Operis inſeruimus. Dedit & aliam epiſtolam Rex ad *Honoratum*, quâ quantum egerit pro ejus ad Eccleſiam *Oxumenſem* promotione, abundè teſtatur.

## POR EL REY

### *A* Honorato Juan *Maeſtro del Sereniſsimo Principe Don* Carlos *ſu hijo*

EL REY.

*Rex propoſuit eidem conſtitutionem Concilii Tridentini de approbatione præſulum.*

„*Honorato Juan* Maeſtro del Sereniſſimo Principe mi hijo, „ya terneis entendido lo que por uno de los decretos del con„cilio de *Trento* ſe hâ ordenado, cerca de los grados, o teſti„monio de univerſidad, que las perſonas proveidas a Igleſias „Catedrales han de tener, y ſegun el aviſo, que tenemos „de *Roma*, ſe ha diferido de proponer la Igleſia de *Oſma*, a „que os tenemos preſentado, diziendo, que ſe ha de ſatis„facer a eſte decreto nuevo del Concilio, y a las calidades en „el contenidas, y como quiera que en vueſtra perſona, ſien„do dodo ello tan notorio, ſe pudiera bien eſcuſar otra apro„bacion, toda via, porque no puedan por eſta cauſa hazer, „embaraço, ni dilacion; y porque Nos tambien queremos, „que por nueſtra parte no ſe dexe de cumplir, y executar lo „diſpueſto en el dicho Concilio; Nos ha parecido, que pa„ra ſatisfacer a todo, ſe de por eſſa univerſidad el teſtimo„nio en el dicho decreto referido, pues le podran dar tan facilmente,

Digitized by Google

cilmente, y con tanto fundamento, y razon. Y aſſi eſcri- "
vimos a la univerſidad la que va con eſta, vos la hareys dar, "
ſi os pareciere ſer conveniente, y eſte teſtimonio ſe nos im- "
biarà luego, para que ſe pueda imbiar a *Roma*, y ſacar, y "
deſpachar eſte negocio: De *Barcelona* a XXI. de Hebre- "
ro de M.D.LXIIII. años. "

*Yo el Rey.*

FRANCISCO de ERASO.

Ne itaque *Honoratus* ad Paſtoralis dignitatis officium elatus, *Carolus* Princeps tanto Magiſtro privaretur, *Philippus* Rex, pro ea qua filii ſui cura tangebatur, inſtanter cum ſummo Pontifice egit, ut in ſolatium & profectum Principis de abſentia ab Eccleſia ſua ad nonnullum tempus diſpenſationem obtineret, quam & eâ quâ ſummi Pontifices in rebus magni momenti concedendis ſunt, facilitate adeptus eſt. Verùm Literas Apoſtolicas hìc ſubiungamus.

## *Dilecto filio* Honorato Joanni *electo* Oxomen.

PIUS *Papa* QUARTUS.

*Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem; Meritis tuæ devotionis inducimur, ut ſpecialibus favoribus & gratiis proſequamur; cum itaque Nos nuper Eccleſia* Oxomen: *certe tunc expreſſo modo paſtoris ſolatio deſtituta de perſona tua Nobis & Fratribus Noſtris ob tuorum exigentiam meritorum accepta de eorundem Fratrum conſilio Apoſtolica Auctoritate providerimus, præficiendo te illi in Epiſcopum & Paſtorem, prout in litteris Apoſtolicis deſuper prope diem ſub plumbo expediendis latius explicabitur, Nos ad ea, quæ ad tuæ commoditatis augmentum, cedere valeant favorabiliter intendentes tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati tibi* Papa Pius IV.

Z *ut*

Digitized by Google

*ut etiam literis ſub plumbo hujuſmodi non expeditis à quocumque malueritis Catholico Antiſtite gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habente accitis, & in hoc ſibi aſſiſtentibus duobus vel tribus Catholicis Antiſtibus ſimiles gratiam & communionem habentibus munus conſacrationis recipere, ac eidem Antiſtiti : ut munus prædictum recepto prius à te noſtro, & Romanæ Eccleſiæ nomine fidelitatis debitæ ſolito juramento : tibi impendere liberè & licitè valeatis : quibuſvis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus : plenam & liberam authoritate præfata, tenore præſentium facultatem concedimus pariter & indulgemus. Datt.* Romæ *apud Sanctum* Petrum, *ſub annulo Piſcatoris, die ſexto Martii* M. D. LXIV. *Pontificatus noſtri anno quinto.*

CÆS. GLORIERIUS.

Altera quam dedit paulò ante citatus Pontifex præter *Honorati* in Epiſcopali Sede confirmationem quomodo is in commiſſo ſibi paſtorali officio geſtare ſe debeat, admonet, & quomodò commiſſæ ſuæ fidei oves paſcere debeat, exponit.

## *Dilecto filio* Honorato Juanni *electo* Oxomen.

PIUS *Papa* QUARTUS.

*Papa* Pius IV. „Dilecte fili Salutem & Apoſtolicam benedictionem, cum „nos nuper Eccleſia *Oxomen.* quam de jure Patronatus chariſ„ſimi in *Chriſto* filii noſtri *Philippi Hiſpaniarum* Regis Catho„lici, ex privilegio Apoſtolico cui non eſt hactenus in aliquo „derogatum fore dignoſcitur, tunc per obitum bonæ memo„riæ *Petri* olim Epiſcopi *Oxomen.* extra Romanam Curiam defuncti

Digitized by Google

functi Paſtoris ſolatio deſtituta de perſona tua Nobis & Fra-"
tribus noſtris ob tuorum exigentiam meritorum accepta de"
eorundem Fratrum conſilio, Apoſtolica authoritate provi-"
derimus, teque quem præfatus *Philippus* Rex nobis ad id"
per literas nominavit & præſentavit, eidem Eccleſiæ in"
Epiſcopum præfecerimus, & Paſtorem, curam & admi-"
niſtrationem ejuſdem Eccleſiæ tibi in ſpiritualibus & tem-"
poralibus plenariè committendo. Nos ne Eccleſia ipſa dum"
literas Apoſtolicas ſuper proviſione & præfectione prædi-"
ctis expediuntur in eiſdem ſpiritualibus & temporalibus ali-"
qua detrimenta ſuſtineat provideri, ac commoditatibus"
tuis opportunè conſulere volentes, tibi quod vigore præ-"
ſentium, vel alium ſeu alios, tuo nomine poſſeſſionem,"
ſeu quaſi regiminis & adminiſtrationis dictæ Eccleſiæ, &"
illius bonorum apprehendere, ac illius menſæ Epiſcopalis," *Indultum*
fructus, reditus & proventus exigere liberè & licitè poſſis" *Apoſtoli-*
& valeas, in omnibus, & per omnia perindè, ac ſi ſuper pro-" *cum.*
viſione, & præfectione hujusmodi Literæ Apoſtolicæ præ-"
dictæ fuiſſent, dicta authoritate tenore præſentium de ſpe-"
ciali gratia indulgemus: Mandantes dilectis filiis, Capitulo"
& Vaſſallis ejuſdem Eccleſiæ ac Clero & populo civitatis"
& Diæceſis *Oxomen.* Ut tibi tanquam Patri & Paſtori anima-"
rum ſuarum humiliter intendant, & tua ſalubria monita,"
& mandata ſuſcipiant, & efficaciter adimpleant ipſique"
vaſſalli conſueta ſervitia & jura tibi ab eis debita integre"
exhibeant; alioquin ſententiam, ſive pœnam, quam rite"
tuleris, ſeu ſtatueris in rebellas ratam habebimus & facie-"
mus authoritate Domini uſque ad ſatisfactionem condi-"
gnam inviolabiliter obſervari: non obſtantibus conſtitutio-"
nibus & ordinationibus Apoſtolicis, & præſertim fœl. re-"
cord. *Bonifacii* Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quæ inci-"

 pit,"

Digitized by Google

„pit, *Injuncta*: nec non ipſius Eccleſiæ, & juramento, con-„firmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate aliqua roboratis „ſtatutis & conſuetudinibus contrariis quibuſque: volumus „autem quod infra ſex menſes à Datt. præſentium computan-„dos Literas Apoſtolicas ſub plumbo infra ſcriptas ſuper pro-„viſione & præfactione hujusmodi in totum expediri, & jura „Cameræ Apoſtolicæ, & aliis propterea debita perſolvere „omninò tenearis, alioquin dictis ſex menſibus elapſis pro-„viſio & præfactio prædicta nulla ſint, Eccleſiaque ipſa vacet „& vacare cenſeatur eo ipſo. Datt. *Romæ* apud Sanctum *Pe-„trum* ſub annulo Piſcatoris die III Martii. M. D. LXIIII. „Pontificatus noſtri anno quinto.

CÆS. GLORIERIUS.

Sequitur tertia Litera Papæ *Pii Quinti*, quâ facultatem *Honorato* Epiſcopo *Oxomenſi* concedit aſſiſtendi Principi *Carolo Philippi* Regis filio, ob cauſas & rationes à Rege propoſitas magni ponderis, ad Magiſterium, uti hucuſque fecerat, exercendum, concedit abſentiam à ſua Eccleſia pro determinato tempore ſequitur epiſtola.

### *Venerabili Fratri* Honorato Juanni *Epiſcopo* Oxomen.

PIUS *Papa* QINTUS.

Papa Pius V.

*Venerabilis Frater Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Dilectiſſimus Filius nobilis vir* Carolus *Princeps* Hiſpaniarum *nobis per dilectum Filium noſtrum* Alexandrum *tituli* Sancti Joannis Ante portam Latinam *Presbyterum Cardinalem* Cribellum *nuncupatum nuper exponi fecit, quod cum tu ſecus ab ejus pueritia familiariter verſatus diligens, ac fidele & gratum admodum præceptoris*

*officium*

*officium illi multos annos impenderis tuo fideli atque paterno conſilio, fide & opera, conſuetoque colloquio, ſuis domeſticis in rebus frequenter non ſine magno tui deſiderio indigent; Quare præfatus Princeps nobis humiliter ſupplicari fecit, ut huic deſiderio rebuſque ſuis in hac parte providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur conſiderantes, quod licet Epiſcopus à grege ſibi credito abeſſe non debeat, Conc. tamen* Trident. *illius abſentiam ex juſtis & rationabilibus cauſis uſque ad tres menſes innuit excuſari poſſe, ac ſperantes, quod tu apud ipſum Principem aliquibus anni menſibus agendo, illique prudentia, fide & paterna charitate tua, ut hactenus ſolitus es, aſſiſtendo non parum Reipublicæ Chriſtianæ es profuturus, ac propterea ſumma Religione & probitate prædicto Principi hoc à nobis obnixe contendenti aliquid favoris impertiendum eſſe cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati fraternitati tuæ, ut ad beneplacitum noſtrum quamdiù prædictæ & alteri etiam Metropolitanæ Eccleſiæ, ſi te ad aliam transferri contingat, præfueris quando, & quoties ipſe* Carolus *Princeps te duxerit accercendum, non aliàs, nec aliter extra Civitatem & Diœceſim tuam ad illum proficiſci, & illi aſſiſtere uſque ad ſex menſes etiam diverſis temporibus annuatim, & non ultra, dum tamen intereà Eccleſia tua debitis non fraudetur obſequiis, ſed idoneum ibi Vicarium, qui tui abſentis vicem ſuppleat, habeas, ac Dominici Adventus, Quadrageſimæ, Nativitatis, Reſurrectionis Domini, ac Pentecoſtes & Corporis Chriſti diebus ab eadem Eccleſia & Diœceſi tua non abſis: Remanere & commorari libere & licitè valeas, nec intereà propter abſentiam tuam, aliquam privationis fructuum Eccleſiæ tuæ (præterquam gratiæ alternativæ qua nolumus durante dicta abſentia te poſſe uti, vel gaudere) vel etiam temporalem vel ſpiritualem pœnam, vel Eccleſiaſticam cenſuram incurriſſe, ſeu dicto Concilio contraveniſſe, quo quomodo cenſearis Apoſtolica authoritate, tenore præſentium concedimus & indulgemus, teque apud eum manentem, ad perſonaliter in eadem Eccleſia, vel Diœceſi tua*

*Concedit* Honorato *licentiam, ut 3 menſibus abeſſe poſſit ab Epiſcopatu propter* Carolum *Principem.*



Digitized by Google

*reſidendum dicto tempore, ut præfertur, non teneri, ſicque per quoſcunque Judices & commiſſarios quavis authoritate fungentes, ſublatâ eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate judicari, & definiri debere, ac quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter attentare contigerit, irritum & inane decernimus, non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in Provincialibus & Synodalibus Conſiliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus & ordinationibus, nec non ejuſdem Eccleſiæ & aliis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica; vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus cæteriſque contrariis quibuſcunque. Dat.* Romæ *apud Sanctum* Petrum *ſub annulo Piſcatoris, die* XIII. *Martii.* M. D. LXVI. *Pontificatus noſtri anno primo.*

Antonius Florebillus Lavellinus.

Quantum in hoc ſuſcepto dignitatis officio *Honoratum* venerabilem ſuum Magiſtrum amaverit, quantum veneratus ſit, Literæ *Caroli* Principis diſcipuli, plenæ intimi in eum affectus teſtes ſat oſtendunt. Verùm ut poſteritati omnia conſtent, eas hoc loco depromendas cenſui. Primâ literâ *Honoratus* à *Carolo* Principe *Alcalam* invitatur, ut ejus converſatione ibidem frui poſſit. Litera in Hiſpanico ita ſonat.

## *A mi Maeſtro el Obiſpo.*

*I. Litera* Caroli *Principis ad ſuum Magiſtrum.*

„Mi Maeſtro, Dios ſabe quanto contento me ha dado ſaber que es venida la hija del Marques *de Cortes*; porque ſea luego vueſtra venida; y aſſi os mando que lo hagays luego, y que me aviſeys en viniendo en *Alcala* luego dello, y eſtoy bueno; y eſtoy loco de placer de vueſtra venida, lo que ſeos dezir de poſada, paſſa, que ſino huviera dudas en la del

Con-

Condeſtable, porque viene, o ſino al quilado la mitad de “
la poſada del *Aſculi*, el Prior Don *Hernando* y con que le den “
la otra mitad de apoſento luego, des de luego deſembaraça- “
ra, ya para vos, y acabo. XXIII. de Henero. ano M.D.LXV. “

*Vueſtro grandiſſimo, que harè lo*
*que vos me pidieredes.*

YO EL PRINCIPE.

## Secunda Litera.

## *A mi Maeſtro el Obiſpo.*

Mi Maeſtro yo recebi vueſtra carta en el boſque yo eſtoy “ II. Litera.
bueno, y Dios ſabe ſi me holgarà de ir con la Reyna por ve- “
ros: hagaſe me ſaber como os ha ido en eſto, y ſi ha avido “
mucha coſta; y fui de *Alameda* a *Buytrago*, y me parecio muy “
bien, y non fui en dos dias al boſque, y aora vine en otros “
dos aqui donde eſtoy deſde el Miercoles haſta oy. Yo eſtoy “
bueno acabo. Del campo a dos de Junio. “

*Mi mayor amigo que tengo en*
*eſta vida, que harè lo que*
*vos me pidieredes.*

YO EL PRINCIPE.

## Tertia Litera.

## *A mi Maeſtro el Obiſpo.*

Mi Maeſtro yo recebi vueſtra carta, y con ella el major III. Litera Principis ad ſuum Magiſtrum.
contento juntamente del mundo; y mira que os tomo la pa-
labra que me aveys de ver a la ida, y venida de *Toledo*, y ſino

me

me la cumplis os he de pedir la palabra : y hize lo que vos me encomendaſtes con el Dotor *Velaſco*, y muy encarecidamente, y no lo hize con *Menchaca* porque no eſtava aqui. Yo eſtoy bueno, y me voy para partir, porque eſtà mi padre en *Eſcorial*, y eſtaremos alli haſta que nos vamos a *Segovia*, acabo, de *Madrid* dia de ſan Juan.

*Mi mayor amigo que tengo en*
*eſta vida, que harè lo que*
*vos me pidieredes.*

YO EL PRINCIPE.

Tambien he encomendado al Obiſpo *de Cuenca* a *Don Juan de Velaſco* encargueſelo muy encarecido.

*Litera Reginæ* Luſitaniæ. Dedit & Regina *Luſitaniæ* Literas affectione cord-intima plenas ad Principem *Carolum* Nepotem ſuum, quas nemini monſtrare præcipit, præterquam *Honorato Joannio*, ob conformitatem deſiderii, quo hic & illa in bonum Principis conſpirant.

*Capitulo de Carta de la Señora Reyna de* Portugal *al Sereniſſimo Principe Don* Carlos *ſu nieto, eſcrita de ſu mano.*

„Y eſto que aqui le eſcrivo le afirmo que ninguna perſona „lo ſabe, porque deſeo yo que la enmienda ſe vea que es „de V. Alteza, y que la pague N. Señor, y ſe la agradezca la „gente &c. Y en pago de eſte mi trabajo, y amor, y deſeo, „que no haya tal Principe en el Mundo, ha de tomarme V. „A. el amor con que lo digo, forçada de la grande obligacion „que tengo de lo hazer, y que quiera que ſea con tal fruto, que „no ſea debalde eſte mi trabajo, y pedir a V. A. que ninguna per-

Digitized by Google

perſona ſepa de eſta mi carta ſino fuere ſolamente el Obiſpo "
ſu Maeſtro, porque tengo para mi que ſomos muy confor- "
mes en deſear à V.A. lo que merce: y placera à N.Señor, que "
merecerà a ſu miſericordia. Y con eſta confiança acabo pidi- "
endo à N.Señor todos los dias que le haga un excelente Prin- "
cipe, y le dê mucha vida, con que le haga grandes ſervicios, "
y toda la emplee en eſſo como yo deſeo. De *Liſbona* a XXI. "
de Hebrero. "

RAYNHA.

Subjungam hoc loco aliam Luſitanico idiomate conſcriptam à Regina *Luſitaniæ* ad Principem *Carolum* ſuum Nepotem; quâ pariter ſummum affectum erga Principem demonſtrat, & avidè ſtatum ejus noſſe deſiderat.

## *A* Honorato Johan *Meſtre do Principe de* Caſtela *meu neto.*

*Litera Reginæ Luſitaniæ ad Principem* Carolum.

*Honorato Johan* pe lo grande contentamento que tenho "
da vinda del Rey de *Caſtela* mue filho a aſſes Reynos, è pelo "
que ſey, que o Principe meu neto teria de over deſeo muito "
de ſaber o alvoroſo com que o recebeo, é ſe com ellelo deixa- "
ram as terçaas como eſpero em noſſo Señor que ſeria: Muito "
vos rogo, que per dom *Alvaro de Mello* mo queiras eſcrivir "
muito particularmente comtodas as mais novas de ſua diſpo- "
ſicam e ſaude, e de ſeu contentamento que ſabeis; que eu "
devo deſeiar pe lo muy grande amor, quel he tenho, è "
quanto mas compridamente ofezerdes, o iſtimarey mais de "
vos, è vollo agradecerey. Eſcrita em *Lisboa* à XXI. dias de "
Setiembre, de 1559. "

RAYNHA.



Digitized by Google

Sequitur modò epiſtola, quà *Honoratus* Epiſcopus ſe excuſat de impoſſibilitate Principem viſitandi, ob repentinas, quibus quotidiè magis magiſque gravabatur, infirmitates, morbiſque ſuis nonnihil curandis ab eo facultatem concedi petit, quod dum facit, optimis eum priùs documentis inſtruit, è quibus zelus & ardens deſiderium, quo ut principem Deo devotam vitam agere, exemplo omnes preire exoptat. Verùm quoniam digniſſima viſa, ſuis quæ poſteritati proſtet, hìc eam ad perpetuam rei memoriam inſeram.

Señor.

„Ya V. A. terna entendido la poca ſalud que Dios ha ſido „ſervido darme de dos años a eſta parte, y tambien la „obligacion que tengo de procurarla para mejor ſervir con „ella a V. Alteza : las mercedes que de ſu mano he recebido, „deſpues que vine à ſervirle, que a no ſer eſto aſſi no la pro„curara quizà tanto; pero entendiendo como digo la obli„gacion que tengo de ſervir à V. A. y quë faltandome las „fuerças, y algun dia la vida, que no ſe eſcuſaria ſegun va de „mal en peor, no podria llevar eſte mi deſeo à delante, ni „ſatisfacer con el amor, y aficion particular que tengo al ſer„vicio de V. A. He tratado de irme algunos dias a parte don„de pue da alcançar ſalud, y ſiendo Dios ſervido darmelà, „venir con ella aſſiſtir en el ſervicio de V. A. toda mi vida, y „morir en el como lo deſeo. Suplico a V. A. que pues no me „mueve otra coſa, ni pretendo mas de lo que digo, ſe ſirva „de tener por bien eſta mi auſencia, y darme licentia, que tam„bien ſu Mageſtad ha ſido ſervido darmela, movido por las „miſmas razones. Mi ida es a *Xerahizeio* un lugar del Obiſpa„do de *Plaſencia*, que por ſer aquella tierra templada, y qual „los Medicos dizen conviene à mi ſalud, he accordado ir à

ella,

ella, y no à la mia (aunque lo es tambien) por algunos reſpe-“ tos: y doyme prieſſa a ſalir de aqui, porque eſtos años en“ fin de Hebrero, o principio de Março me ha apretado mas“ eſta mi indiſpoſicion, y traido al ultimo punto, y deſeo para“ entonces eſtar en parte menos fria.

Lo que ſuplico à V. A. es que ſe acuerde en eſta mi auſen-“ cia, y ſiempre, de lo que le tengo ſuplicado muchas vezes,“ que ſon en ſuma tres coſas: La primera el amor, y temor di“ Dios, con lo que a eſto eſtâ annexo, que es mucha quenta“ con ſus mandamientos, y la execution de ellos no ſolamente“ interior, pero aun exterior, por el buen exemplo que V. A.“ eſtâ obligado à dar à todos; el oyr Miſſa, y los divinos Ofi-“ cios con atencion, y devocion; el reſpeto à las coſas de la“ Igleſia, y a los miniſtros de ella, y a las Religiones, ſin mo-“ ſtrarſe parcial à ninguna de ellas, ſino que pues todas ſon tan“ buenas, y aprovadas V. A. tenga cuenta con ellas indiferen-“ temente, favoreciendo ſus coſas y haziendo merced a todas.“ *Documenta pietatis quæ Honoratus dabat Principi.* I. *Docum.*

Tambien ſuplico a V. A. ſe acuerde de tener por muy“ ſuyas para favorecer ſiempre las coſas del Santo Ofi-“ cio, y a los Miniſtros de el, pues aunque eſto fue en“ todo tiempo juſto, y muy accepto à Dios, en eſte es muy“ neceſſario, aſſi para lo que toca a la honra, y ſervicio de“ Nueſtro Señor, como tambien para lo que conviene al par-“ ticular del eſtado Real, quietud de eſtos Reynos, y buen“ govierno de ellos. La ſegunda coſa que ſe ſigue, deſpues de“ lo que toca a Dios, es la obediencia, que V. A. eſtà obligado“ a tener a ſu padre con ſerville, y contentalle en todo lo que“ le mandare, y V. A. entendiere que el deſea por ſu bien, y“ provecho propio, pues dexado à parte la obligacion que“ para ello ay, y ſer tan expreſſa, y particularmente mandado“ por Dios, que acordò en ſolo eſte mandamiento poner pre-“ II. *Docum.*

„mio temporal de mas del eterno; es eſte camino llano, y de-
„recho para facilitar V. A. todas ſus coſas, y ſer ayudado de
„Dios en ellas, tomando à ſu Divina Mageſtad por norte y
„guia, y de eſta ſuerte ternà à la gente de ſu parte, que natu-
„ralmente ſe ſatisface, y paga de que los hijos reverencien a
„ſus padres, y les ſean obedientes, teniendo por coſa muy
„cierta, como lo es, que todos los otros caminos ſon peligro-
„ſos, y errados, y que al cabo paran en trabajos viſibles ſin
„provecho alguno, porque Dios lo permite aſſi.

III. *Docum.* „La terzera coza es; que V. A. ſe esfuerce en todo tiempo
„à tratar con amor, y blandura a ſus criados en obras, y en
„palabras, pues como otras muchas vezes tengo dicho a V. A.
„es eſta una de las coſas que mas luſtre ſuele, y puede dar a
„los Principes, y que mas ſe publica en todas partes, y no ſo-
„lamente en los Reynos propios, però aun en los agenos, y
„de que ſe viene a tomar mas luz, y reſolucion de las condi-
„ciones, y inclinacion de un Principe, pues ſe ha de preſu-
„mir que qual fuere con eſſos pocos que trata de ordinario, ſe-
„ria con todos ſi los veniеſſe a comunicar, y que ſi trata mal
„a los que noches, y dias le eſtan ſerviendo, que no holgara
„de hazer merced a los que apenas alcançan a velle, quanto
„mas à podelle ſervir.

„Lo miſmo ha de tener V. A. con los criados y miniſtros
„de ſu padre, pues es ordinario ſacar por eſto, que tan ami-
„go es el hijo del padre, y que tanto deſea contentalle, quanto
„entienden que quiere bien a los que el padre ama, y honra.

„Lo que digo de los criados, y miniſtros, entiendo dezir
„tambien de todos los otros, pues ſe cria V. A. por padre de
„todos, deſpues de los largos, y bien-aventurados dias del
„Rey N. Señor, que loſque le vienen a ver y ſervir los reco-
„ja V. A. oyendo los con atencion, y ſi algo le ſuplicaren, que
„hable

Digitized by Google

hable a ſu padrè ſin prendarſe demaſiadamte, les ofrezca“
de tratallo con ſu Mageſtad, y ſuplicalle, que en lo que hu-“
viere lugar les haga merced, y que las palabras que ſe les di-“
xeren ſean pocas, y eſſas diſtintas, y claras, ſin alargarſe“
a mas preguntar, ni neceſſitarlos a reſpueſtas trabajoſas,“
y de que ellos holgaran de poderſe eſcuſar. Sobre todo“
ſuplico a V. A. traiga muy grande cuenta con no laſtimar“
a perſona alguna, en particular, ni en general, pues como“
muchas vezes tengo dicho a V.A. es eſte un peligroſo ne-“
gocio para los Reyes, y de que mayores inconvenientes ſe“
podrian ſeguir quando vinieſſen por ello a perder el amor“
de ſus ſubditos, y que ſe han viſto deſto exemplos eſtranos:“
pues eſtà claro, que eſtas coſas de nadie ſe toman peor, que“
de los Principes, por raſon; que naturalmente los hombres“
de ſean ſer tenidos en mucho de ellos, como todos deſean“
medrar, y valer con ellos; y lo otro; porque quanto mas le-“
xos eſtan los injuriados de poderlos laſtimar a ellos con lo“
meſmo, o con otra coſa ſemejante ſientem mas la afrenta. “

Para remedio da eſto, hallè ſiempre por muy provechoſo“ *Diſſimulatio ſubinde neceſſaria eſt.*
el non inquirir vidas agenas, ni holgar de ſaber ſus faltas, pues“
es averiguado, que deſta curioſidad vienen otros daños,“
porque el que no pregunta, no ſabe tantas particularitades,“
y no ſabiendolas, no tiene tanto que dezir, ni con que laſti-“
mar. Tambien es ordinario, que el que trata de eſto no pue-“ *Secreti tenax eſſe debet.*
de ſer muy ſecreto, y es cauſa de muy grandes rebueltas en“
ſu miſma caſa, y Reyno, y al cabo es fuerça, que perdiendo“
el credito con las gentes, que no ſe oſen fiar del, ni le digan“
lo, que le conviene ſaber, que es gran perdida para dodos,“
pero para los Principes la mayor que puede ſer. “

Yo ſe bien que pudiera eſcuſar todo eſto, pues aviendo“
Dios dado a V.A. tan buen entendimiento, y perſonas en ſu“

 ſervicio“

Digitized by Google

„ſervicio tales, de quien ordinariamente oye eſtas, y otras „coſas, no avia para que repreſentallas aqui a V. A. mayor- „mente aviendoſelas yo miſmo acordado diverſas vezes; „però a mi quedara eſcrupulo de no lo aver hecho en eſte „tiempo.

„A V. A. humilmente ſuplico perdone eſta prolixidad, „y la atribuya al deſeo que ſiempre tuve de ſerville, y que „V. A. ſea amado de Dios, y de las gentes, y ſe vaya criando „para tan grandes efetos, como los tiempos en que Dios fue „ſervido de dalle a eſtos Reynos, la primera vez, y ſegunda „piden y han meneſter; guarde nueſtro Señor a V. A. y le „proſpere como ſus criados, y vaſſallos deſeamos. *Valladolid* „a 10 de Henero.

*Humilde Criado de V. A.*

HONORATO JUAN.

Hanc epiſtolam, quoniam magnam ſpiritus Zelique in Principis animi corporiſque ſalute procuranda efficaciam oſtendit, utpote virtutum regiarum documentis confertam, in gratiam eorum, qui forſan Hiſpanicæ Linguæ notitiâ carent ſummatim excerpam.

*Intellexerit Serenitas Veſtra, ni fallor, de mea infirmitate, & exiguæ valetudinis ſtatu, quo jam à duobus circiter annis Divina bonitas me exercere dignata fuit; & uti me quàm obligatiſſimum ſentio ad Serenitati Veſtræ, eo quo poſſum, ſtudio inſerviendum, ita quoque ad deſideratam ſanitatem recuperandam remedia quibuſcunque modis accelerare contendo, ut pro affectu, quo eam proſequor, voluntati ſuæ, quà meam præſentiam operamque obnixè deſiderat, plene ſatisfiat; promptus enim ſum, ubi ſalutem priſtinam nactus fuero, totam vitam meam ejus ſervitio impendere; & quemadmodum intime deſidero in eo ad ultimum vitæ meæ terminum perſeverare.*

Digitized by Google

ſeverare. *Medicorum judicio in* Zerahizium, *locum Diœceſi* Placentinæ *ſubiectum, tanquam ſanitati recuperandæ maximè proficuum me conferam. Relicto propoſito ob multas rationes, quò minùs Valentinæ auræ me committerem. In mea itaque abſentia tria cumprimis à Serenitate Veſtra, prout aliis vicibus ipſi inculcavi, quàm obnixiſſimè ſervanda contendam; quorum* primum *eſt, ut cordi ſuo impreſſum gerat amorem & honorem Dei, quam Divinorum præceptorum obſervationi junctam, non ſolùm quoad interiorem, ſed & exteriorem Virtutis normam diſponat, ut videlicet vitæ integræ & illibatæ exemplo, ad quod præbendum ſe obligatum eſſe norit, omnibus præluceat. Nulla dies prætereat, quo non Sacroſanctæ Miſſæ Sacrificio cæteriſque Divinis officiis cum attentione, & ſingulari devotionis ſenſu adſiſtat. Singulari veneratione Eccleſiam ejuſque Miniſtros uti & Religioſos, ſine ulla tamen ſingularitatis demonſtratione, proſequatur; Verùm omnibus indifferenter gratias & favores ſuos impertiatur.*

*Documenta Carolo Principi ab Honorato relicta.*

*I. Documentum.*

Secundum, *quod optarem, eſt, ut exactum Majeſtati ſuæ, ſicut filius Patri ſuo obedientiam præſtet, omnem ipſi cultum obſequiumque deferat, atque in omnibus, quæ Serenitati veſtræ præceperit, ſatisfaciat; hæc enim eſt voluntas Dei.* II. *Docum.*

Tertium eſt, *ut omni charitate & humanitate, quantum fieri poteſt, ſubditos ſuos opere & ſermone, quemadmodùm alias monui, tractet. Sciatque hanc unicam eſſe viam ad honorem, reverentiam, æſtimationemque ſubditorum non ſolùm in propriis Regnis, ſed & in cæteris Regionibus, ex hiſce magnæ ſpei operibus actionibuſque, quæ in animo* Serenitatis *veſtræ eluceſcent,* comparandam, *cum cuncti judicio pollentes ex his veluti ex ungue leonem collecturi ſint; cum hanc Regiam humanitatem affabilitatemque, quam modò paucis exhibet, ſuo tempore omnibus Regnorum ſuorum ſubditis ſe præſtiturum ſperare liceat.* III. *Docum.*

*Item ſuadeo, ut hanc humanitatem non ſuis tantùm ſubditis, ſed*

&

*& Regiæ Majeſtatis, Parentis ſui, Miniſtris exhibeat; ſi enim filiali amore, uti filius patrem diligat, eos quos pater diligit, eoſdem non poterit non debita reverentia & affabilitate proſequi.*

Atque ex hac epiſtola luculenter apparet, quanta cura & ſollicitudine Magiſter diſcipulo ſuo præcepta vitæ & diſciplinæ inſtillare contenderit.

Addam hoc loco epiſtolan *Reginaldi* Cardinalis *Poli*, quà *Honorato* congratulatur de honore Paſtoralis muneris & Magiſterii, quo eum Rex *Philippus* ad filium in omni literarum virtutumque diſciplina inſtruendum affecit, atque unà maximi momenti munus admodum eleganter & ſcitè deſcribit.

## Reginaldus *Cardinalis* Polus *Legatus* Honorato Joanni *S.D.*

*Cardinalis* Polus.

*Congratulatio de obtento munere paſtorali.*

*Non tu quidem reprehenſione dignus es, quod anteà nunquam ad me ſcripſeris, ſed laude potiùs, quod idoneam ſcribendi occaſionem, cum expectares, eam nunc præclariſſimam nactus minimè prætermiſeris. Quid enim præclarius quàm Dei populi tanquam gregis certo ſalutis periculo à Paſtoris obedientia abducti, ſalutaris ad eundem reverſio. Quo te nuncio accepto, quod ſtatim Deo gratias agere cæperis, quod gaudium tuum per literas apud eum teſtari volueris, qui* Chriſti *vicarii, Miniſter Deo & Eccleſiæ, operam ſuam unà cum optimis his Principibus navavit, rem egiſti plane dignam pietate tua, atque etiam* COGNOMINE. *Nec enim adſcribendum,* HONORATUS JOANNES, *digniore argumento uti potuit, quàm quo Dei honor, & gratia erga ſuum populum maximè celebratur. Quarè etſi tuæ literæ nunquam mihi non jucundæ futuræ fuerant, tamen hinc te potiſſimum ad me ſcribendi initium cæpiſſe, mihi gratiſſimum fuit: ut illlud etiam libentiſſimè ex tuis literis cognovi, quod ante*

ex

ex aliis acceperam tibi erudiendi Principis pueri munus à Patre Religioſiſſimo & optimo Rege eſſe delatum. De quo cùm tibi, tum ipſi Principi valdè gratulor; tibi, quod talem indolem, qualem tu deſcribis, & omnes prædicant, tanquam uberem, & fœcundum agrum ſis nactus quem colere, & in quem Regalis doctrinæ ſemina cum maxima ſpe fructùs jacere poſſis. Illi, quod eum Doctorem habeat, qui non modò ejus linguam & eloquentiam excolere, ſed pectus quoque Regia arte imbuere, & poſſit, & ſtudeat. Cujus cum primum præceptum ſit, ut qui rectè imperare velit, primum diſcat parere, hoc à te minimè præteriri certo ſum, quod quidem & ſi omni hominum generi ætatique commune ſit præceptum; tamen nullis id magis, quàm Regiis pueris dare convenit. Quippè cum nulla in re plus Reges in ſceptra peccare ſoleant, quam quod ſe putant eo cæteris præſtare, ſi minus pareant, idque propius ad Regiam amplitudinem accèdere, quem errorem dum tenera eorum ætas inſtituitur, tanquam tenebras ut doctrinæ lumen diſcutiat, oportet; atque id ipſis planè perſuadendum eſt, non hoc cæteris præſtituros ſi nemini, aut minus, ſed ſi magis paruerint. Deo primùm, tum legibus, parentibus, Magiſtris: alio tamen genere parendi, atque ii, qui ſervili ingenio ſunt præditi: ſiquidem quod illi metu, hoc Reges amore ſponteque ſuâ faciunt, hoc enim nullum certius Regiæ indolis ſignum in puero eſſe poteſt: neque ullum præceptorum genus huic ætati magis eſt neceſſarium, in quo is quidem quem tu erudiendum ſuſcepiſti, eo plus proficere dèbet, quod hac in re domeſticum exemplum, idque maximè illuſtre Regis Patris ſui habet. His ergo Regiæ obedientiæ vocibus, ut ſemper aures iſtius Regii pueri perſonent, ipſe pro tua virili parte (quod te facere non dubito) curare debes. Cui ſi etiam veræ prudentiæ & fortitudinis, quæ Regum maxime propriæ ſunt virtutes, præcepta inſtillaveris, quibus ad veram illarum cognitionem perducatur, jam quidem tuo munere egregiè perfunctus fueris. Qua de re eò magis hâc occaſione ſum adductus, ut loquerer; quod ut

*Regia artis præcepta.*



Digitized by Google

*ſcis, nihil eſt, quo magis decipiantur homines, quàm falſis earum virtutum imaginibus. Iſte verò Regius puer, ſi ejus obedientiæ, de qua dixi, præceptum amplexus, vel hoc ſolùm abs te didicerit, ut falſam prudentiam & fortitudinem à vera diſtinguere poſſit: ſatis is quidem ad ſuſtinendum Regium munus erit inſtructus, ſine hoc autem, ut omnia quæ ab omnibus ſcripta ſunt didiciſſet, ac memoria teneret, omnibuſque naturæ donis maximè excelleret, tamen ad Regiam dignitatem tuendam, nunquam ſatis erit idoneus. Verùm de Regio hoc puero præclara omnia ſperare licet: Idque imprimis, ut quemadmodum ipſi eſt pater, ſic eum cæteris exemplo futurum eſſe earum virtutum, quæ illi Deum ſimul & hominum ſtudia maximè conciliabunt. Quique ejus imperio ditionique parebunt, beatos efficient quod inprimis à Deo precandum eſt. Vale & in erudiendo Regio iſto Regiæ indolis puero* NOMEN TUUM COGNOMENQUE TIBI PROPONE AC SEQUERE. *Dichmondia*, quarto Idus Julii 1555.

Addam hoc loco alteram prolixiorem Archiepiſcopi *Tarraconenſis*, *Joannis Vich*, quâ rationem ſtudiorum ſuorum reddit *Honorato*.

## Joannes Vich Honorato Joanni *Principis noſtri Inſtitutori digniſſimo S.P.D.*

*Epiſtola Joannis Vich.*

„Diù mecum cogitavi (Vir Ornatiſſime) an ad te literas „darem, nam dum manus operi admovere vellem, in ambigua animus trahebatur, nec quo ſe impelleret, aſſequi „certò poteram. Verebar namque, ne meo, hoc eſt, homi„nis parum exercitati ſermone nullo nitore illuſtrato, nul„liſque ornamentis culto, aut ſtyli ruditate, aures tuas op„timis quibuſque ſcriptoribus aſſuetas offenderem. Sicque „merito temeritatis ſummæ, vel audaciæ judicium ſubirem,

„quod

Digitized by Google

quod non his præſidiis, quibus me ad hoc munus obeun-“
dum inſtructum eſſe oportebat, illud ſponte ſuſceperim.“
Quæ certè omnia meos conatus vehementer repreſſerunt,“
ut quo minus hoc officium præſtarem hactenùs, retardarunt.“
Sed poſtquam animum iſtum tuum manſuetudinis ac leni-“
tatis plenum communi omnium conſenſu in memoriam re-“
vocarem, quo non ſolùm notos & familiares, verùm pror-“
ſùs ignotos excipere ſoles, metum hunc excutere ac timo-“
rem expellere non dubitavi. Quod ſi tandem aliqua ratio-“
ne moleſtus, aut audax eſſe videar, Carmine illo *Euripidis*,“
quo in *Andromache* utitur, me tuebor.“

Νεότης μὲν ἐπῆγε καὶ ἔρως τοῦ νοῦ πλέον.

Sed ſpero, te pro tua ingenii benignitate, ac in *Valentinos*“ *Novitas quidem aſſunget ſed plus amor novi.*
amore æqui bonique hoc officium conſulturum, quum hoc“
ſolùm Conſilio à me præſtetur, ut in teſtimonium amoris“
in te mei ſit. Sed ne longiùs quàm par eſt: mea progredia-“
tur Oratio, aut in vitium prolixitatis, quod mihi maximè“
cavendum eſſe exiſtimo, ſenſim incidam, tum ne tua, quæ“
ſeriò tractas negotia literis meis interpellare videar, tum, &“
ut in hac parte meis commodis conſulam, ne in longo cur-“
ſu ſæpiùs offendendum ſit. Jam tibi, quem unicè amare“
debeo parentum meorum veſtigiis inſiſtens, rationem meo-“
rum ſtudiorum, meique Conſilii reddere non dubitabo, pro-“
pterquam optimum eſſe judicaverim, me in hanc totius Or-“
bis præclariſſimam *Salmanticæ* Academiam conferre. Prin-“
cipio cum ab ineunte ætate, ac teneris annis jam me natura“
ad literarum ſtudia vocaret, etſi difficile ac laborioſum opus“ *Difficile pulchra.*
offerret, arduamque viam ingrediendam proponeret, *Græ-*“
*corum* illud memoriâ repetens χαλεπὰ τὰ καλά, ac certò“
ſciens, *in magnis voluiſſe ſat eſſe*, ſtatui naturæ huic meæ,“

„ ſtimulis quibuſdam impellenti, & quod majus eſt, ad ho-
„ neſta excitanti nullâ ratione reſiſtere, ſed potius hujus-
„ modi impulſibus aſſentiri. Sicque animum continuò ad-
„ junxi meum ad utrumque ſermonem comparandum, La-
„ tinum ſcilicet & Græcum, quod *Cicerone* optimo, & lo-
„ quendi ac ſentiendi magiſtro conſulente, quâ potui, dili-
„ gentiâ præſtiti. Exiſtimabat enim eloquentiæ parens id quod
„ præſtantiſſimi alii viri ſenſerunt, linguarum peritiam ma-
„ ximum hominibus litterarum amatoribus afferre adjumen-
„ tum, ut verum, ac liberum de rebus judicium ferre poſ-
„ ſint, ne alienâ fide vivendum illis ſit, hoc eſt eorum, qui
„ ſcriptores propriâ ac genuinâ linguâ loquentes in diverſum
„ idioma transferre conati ſunt. Quorum multi adeò immu-
„ tati poſt tranſlationem apparent, ut eoſdem eſſe planè non
„ judicaveris (quod tu in multis expertus es, qui utramque
„ linguam non ſecus ac maternam noſti) tanta eſt uniuſcu-
„ juſque idiomatis proprietas, & latens energia. Sed ne ab
„ inſtituto longius digrediar, pergam, ut cæpi.

„ Poſtquam aliquod tempus in his comparandis con-
„ ſumpſi, varia *Latinorum* opera, qui carmine & ſoluta oratio-
„ ne ſcripſerunt, cum *Græcis* conferendo, ut ex hac dilgenti
„ obſervatione ſingulorum inducendo proprietatem, variaque
„ loquendi genera poſſem deprehendere, totum me ad Orato-
„ riæ artis exercitationem tranſtuli, quæ ſola in ornatu Oratio-
„ nis, illuſtrandaque elocutione variis troporum ac figura-
„ rum generibus verſatur. Efficitque, ut de facundo Oratore
„ illud *Heſiodi* verè pronuntietur : γλώπης τοὶ θησαυρὸς
„ ἐν ἀνθρώποισιν ἄρισος. Ad hæc animadvertens Rhetori-
„ cam facultatem, ſimul & Dialecticam, (quas tam affines
„ cenſuit *Ariſtoteles* ad *Theodectem* ſcribens, ut dicat, ἡ ῥητορι-
„ κὴ ἐςὶν ἀντίςροφος τῇ διαλεκτικῇ, &c.) miniſtras & comites

*Oratoria facultas quænam.*

*Rhetorica Antiſtropha Dialectica.*

Phi-

Philoſophiæ eſſe & per ſe inutiles niſi cum ea conjungantur. “
E cujus mediis ſpatiis rerum tractandarum materiam petere “
ſolent, conſtitui in Philoſophorum dogmata incumbere, “
quorum ſtudium tantæ jucunditatis eſſe ſolet, ut Philo- “
ſophantium animos, eâ ratione rapiat & ad ſe trahat, ut “
nullis aliis rebus intentos eſſe patiatur. Philoſophia namque “ *Philoſophia ſtudium.*
non ſolùm ea quæ ſenſibus noſtris proximè ſubjecta ſunt, aut “
quæ in mediis terræ viſceribus latent, novit, docet, & rima- “
tur, verùm quæ longe à nobis abſunt, ſyderum & cœlorum “
celeres motus, difficiles cauſas, varioſque effectus perſcruta- “
tur, quo fit, ut jure optimo *Heſiodus libro* 3. & Poëtarum ac “
Philoſophorum facile Princeps *Homerus in Odyſſea* ἀλφηστὰς “
homines appellet. His denique ſtudiis, quâ potui diligentiâ, “
abſolutis ad graviora properandum eſſe exiſtimavi, hoc eſt, “
ad ea, quæ non de his rebus diſputant ortui & interitui ob- “
noxiis, ac quæ in perpetua mutatione & fluxu verſantur, “
ſed ea potiſſimum tractant, quæ immutabili ratione in eo- “
dem ſtatu ſemper permanent. Quarum cognitio Theologia “ *Theologia ſtudium.*
quod de *Deo Opt. Max.* ſit appellatur; Sacrarumq; literarum “
ſtudium, quod in ſola fælicitate æterna cernitur, poſitum, ad “
quam tanquam ultimum finem, actiones hominum docet “
certò dirigere. Ad hanc tamen facultatem exercendam (ut in- “
genue fatear) quum primum acceſſi ſubjecti claritate & ma- “
gnitudine, perſpecta, ingenium debile & infirmum continuò “
vehementi timore perculſum omnino fuit; adeò, ut anceps “
dubitationiq; hærens, ſuſpenſus animus exiſteret: Num tutius “
foret, hæc ſtudia tanquam gravia relinquere, aut eadem de- “
poſito metu alacriter ſuſcipere. Quorum alterum ignobilem “
timidumq; animum manifeſtò declarabat: quem *Euripides* ma- “
xime reprehendere hâc ratione ſolitus fuit: ἀνέρος οὐκ ἄξιον “ *Indignum homine manifeſtum claudere.*
δειλὸν κεκλῆσθαι; alterum verò eundem magis audacem, “

 &in- “

„ & ingenuam repræſentat, quod difficilia tentet, & ardua „agrediatur. Nam ut *Pindarus* ſcriptum reliquit: *ὁ μέγας „ δὲ κίνδυνος ἀνάλκειν οὐ φῶτα λαμβάνει*, ex quibus tan„dem collegi laudabilius multo, & honeſtius eſſe, in re præ„ſertim ſublimi nullis vigiliis, atque laboribus parcendo „aliquid audere, quàm trepidè receptui canere. Ad quod „*Euripedes* eleganter adhortatur, & excitat.

*Magnum periculum retrahit non ſuſcipit lumen.*

Τολμᾶν δὲ χρεὼν ὁ γὰρ ἐν καιρῷ μόχθος πολὺ
Εὐδαιμονίαν τίκτει θνητοῖσι τελευτῶν.

„Sic igitur, ut Theologiam mihi compararem, in noſtra „Academia Valentina, in qua linguarum cognitio, & om„nium diſciplinarum genera præclarè docentur & florent, „hactenus verſatus ſum. Et intra privatos etiam parietes Sa„cris Bibliis, quæſtionibuſque ſcholaſticis, quantum in me „fuit, ſtudere nunquam deſtiti. Nunc verò, dum jam ætas „patitur, & per parentes integrum fuit, poſtquam *Valentiæ* „noſtræ deploranda incommoda, & ægritudines miſeratione „Divina ceſſarunt, (nam in illis temporum anguſtiis eorum „conſortium deſerere impium planè fore exiſtimabam) nunc, „inquam, ſtatui relictis patriæ delitiis, quibus noſtrorum ho„minum ingenia, ut tu probè noſti, allici vehementer ſolent, „& veluti retibus quibuſdam illaqueari, cœlum mutare, & „ſponte in exilium mitti, variis rationibus ad hoc impulſus, „quarum hæc prima continuò ſeſe obtulit, ut major ſcilicet „ac liberior mihi daretur occaſio (quod ſemper in votis fuit) „inchoata hæc ſtudia mea augendi, quod certè non ſine ex„emplo multorum noſtræ tempeſtatis, & graviſſimorum „Philoſophorum, factum fuit, qui dum judicarent in patria „familiarique domo vera quiete & tranquillitate frui nulla ra„tione poſſe exules ultrò eſſe decreverint, ut faciliùs Philo-

ſophandi

Digitized by Google

ſophandi locus illis concederetur, ſic *Ariſtotelem Stagiras*; “
*Theophraſtum Epheſium*; *Statneum Lampſacum*; *Gliconem* “
*Troadem*, ac pleroſque alios patriam nataleque ſolum reli- “
quiſſe legimus. Quid quod permultis exteras nationes adire “
utile fuiſſe, quo res omnes ex animi ſententia contingerent, “
pari etiam ratione ſcriptum deprehendimus; ut de *Uliſſe* “
poſt naufragium apud *Pheacas*, ignotos homines; de *Themi-* “
*ſtocle* apud *Perſas*; idem ferè de *Dione Siracuſano* à *Dionyſio* “
tyranno patriâ pulſo ſcriptum legimus. Sed horum omnium “
aliorumque teſtimoniis relictis, quæ tibi ſatis cognita ſunt “
finem jam huic meæ epiſtolæ imponam, ne in Morationem “
degenerare videatur, diutiuſque te literis his meis nullo ſer- “
vato ordine compactis detineam. Hæc ſumma totius ante- “
actæ vitæ meæ fuit. Quam TIBI HISPANORUM OR- “
NAMENTO ET VALENTINORUM PATRONO, ut “
par eſt, commemorare placuit. Nunc ſolum illud reſtat, “
ut meam operam poſthac in tui obſequium pollicear, quam “
multo jam tempore parentes mei polliciti ſunt, idemque *Lu-* “
*dovicus* frater effecit, tibi quantum ex ipſius literis colligere “
poſſum addictiſſimus. Qui Reges *Carolum Quintum* vitâ jam “
functum, & *Philippum* ejus filium noſtris temporibus fælici- “
ter imperantem, bello & pace non ſine laude ſecutus eſt. “
De cætero ſpero te brevi viſurum quum primum per tem- “
pus & aliquot negotia licebit, quæ ſolent novos homines “
in aliena urbe, novum vitæ & habitationis genus parantes “
impedire. Vale. “

CA-

## CAPUT XII.

## *De æſtimatione* Honorati *in actionibus civilibus & Eccleſiaſticis.*

PHilippus *Macedonum* Rex, ipſo die Nativitatis *Alexandri*, ad *Ariſtotelem*, quem jam filii ſui Magiſtrum & Inſtructorem animo deſtinârat, ſcripſiſſe fertur, magnam felicitatis ſuæ partem non tam ſe ponere in eo, quod ſibi Imperii ſucceſſor obtigerit, quàm quod in Regno ſuo virum repererit *Ariſtotelem*, qui uti ſapientiæ fama & nominis celebritate jam dudum Orbem replêrat, ita beatâ ſuâ ſorte in filii ſui Regis *Alexandri* Magiſtrum morumque inſtructorem cæderet; Hujus enim inſtructione & Magiſterio, *Alexandri* ſortem futuram feliciorem, & rerum gerendarum gloriâ celebriorem.

*Philippi* exemplum ſecutus videtur *Philippus II. Hiſpaniarum* Rex feliciſſimus, qui quanti momenti foret, pro filiorum Regiorum inſtructione ſapiens Magiſter; ex innumeris aliis, quibus tunc temporis clarebat *Hiſpania*, HONORATUM JOANNIUM elegit tanquam virum ad hujusmodi munus à natura deſtinatum; Norat enim ſapiens Rex, Reges Anteceſſores ſuos ſemper in hoc unice invigilaſſe, ut idoneos ſibi eligerent in filiorum profectum, morum Inſtructores; quorum integrum Catalogum citat *Gil Gonzalez de Avila in Theatro granditatis & Magnificentiæ Mardridi pag*: 323. Verba ejus cito: *Han tenido los Reyes en gran veneracion a los Maeſtros, que han enſeñado a ſus hijos, honorãdo ſu vida, y letras con los mayores premios de ſus Reynos. Don* Rodrigo Ximenez *Arçobiſpo de* Toledo *fue Maeſtro de los hijos del Rey Don* Fernando el Santo. *Don* Sancho de Avila *Obiſpo de* Avila *del Rey Don*

Gil Gonzales de Avila.

Digitized by Google

*Don* Alonſo undecimo. *Don* Gil Carrillo de Albornoz *Cardenal*, *y Arçobiſpo de* Toledo *del Rey Don* Pedro el cruel. *Don* Alvaro *Obiſpo* de Cuenca *Maeſtro del Rey Don* Enrique el III. *Manda el Rey Don* Juan el primero *en ſu teſtamento*, *ſea Oydor de el Conſejo de ſu hijo*, *è que aya ſu quitado*; *y la razon que da es*, *que afanò*, *y trabajò en la crianca de el Infante Don* Enrique. *Don* Diego de Anaya *Arçobiſpo de* Sevilla *Maeſtro del miſmo Rey*. *Don fray* Juan de Morales *de el Orden de* Santo Domingo *Obiſpo* de Jaen *Maeſtro del Rey Don* Juan el Segundo. *Don Fr.* Lopez de Barrientos *del ordem de* Santo Domingo *Maeſtro del Rey Don* Herique quarto *Obiſpo de* Cuenca. *Don Fr.* Diego Deça *de el Orden de* Santo Domingo *Arçobiſpo de* Sevilla, *electo de* Toledo, *Maeſtro del Principe Don* Juan, *el Dotor* Adriano *Maeſtro del Emperador Don* Carlos, *Pontifice Romano*. *Don* Juan Martinez Siliceo *Maeſtro del Rey* Phelipe II. *Cardenal*, *y Arçobiſpo de* Toledo. DON HONORATO JOAN MAESTRO DEL PRINCIPE DON CARLOS, OBISPO DE OSMA. *Don* Garcia de Loayça *Maeſtro del Rey* Phelipe Tercero, *Arçobiſpo de* Toledo. *Don* Galceran Albaner *Arçobiſpo de* Granada, *Maeſtro del Rey Don* Phelipe Quarto.

Quæ confirmat *Alvarus Nunnez de Vaca*, *in deſcriptione fluminis Argentei in fine dedicatoriæ.*

*Y eſto es lo que principalmente aconſejan*, *y enſeñan a V. A. ſu ayo*, *y Maeſtro* (*con la grande conformidad*, *que en Chriſtianidad*, *virtud y amiltad*, *ſiempre tuvieron*) *quando le crian*, *y inſtityen con preceptos de Chriſtianidad*, *cavalleria*, *y Filoſofia*, *porque ſaben que los que adminiſtraron ſus Reynos con eſtas tan ſeguras*, *firmes*, *y perpetuas fuercas*, *de muy angoſtos los dexaron muy anchos*, *y de muy ſoſpechoſos*, *muy ſeguros*, *y de muy mudables*, *muy firmes*, *y de muy varios*, *muy conſtantes*, *y permanecientes*, *y finalmente de Reyes mortales ſe hizieron immortales.*



Digitized by Google

Erat enim *Honoratus* vir non ſolùm omnium eorum, quæ publicum *Hiſpaniæ* ſtatum concernebant, notitiâ quam inſtructiſſimus, ſed & in Conſiliis dandis, ingenio adeò promptus & perſpicax, ut in conſultatione de publicis Regni negotiis, quod propoſitum fuerat, ſiniſtrum ſucceſſum minimè ſortiri poſſe, crederent, quod ejus Conſilio deciſum eſſet. Undè non tantùm in ſæculari adhuc ſtatu conſtitutus conſulebatur, ſed & jam Epiſcopali dignitate clarus ad Concilia Provincialia Eccleſiarum *Hiſpaniæ* vocabatur. Quæ clarè patent ex *Hiſtoria Pontificali Gonzalis de Meſcas*, 2. *parte*. *c*. 31. Ubi inter cæteros Concilio Toletano interfuiſſe refertur *Honoratus Joannius* Epiſcopus *Oxomenſis*; & fuſius proſequitur Doctor *Franciſcus de Piſa*, *in deſcriptione Imperialis Civitatis Toletanæ p*. 1. *l*. 5. *c*. 26. his verbis.

Honoratus *Conſiliis Eccleſiaſticis intereſt.*

„En eſta de *Toledo* ſe congregaron ſeis Obiſpos, y un „Abad, todos de las Igleſias Sufraganeas a la Metropolitana, „y primada de *Toledo*: conviene a ſaber, Don *Chriſtoval de* „*Royas*, y *Sandoval* Obiſpo de *Cordoua*, que preſidiò en el, „como mas antiguo, de los Sufraganeos en auſencia del „Arçobiſpo de *Toledo*; Don Fray *Bartolome de Miranda*, *y* „*de Carrança*; Don *Pedro la Gaſca* Obiſpo de *Siguenca*; Don „*Diego de Govarruvias*, *y Leyva* Obiſpo de *Segovia*; Don „*Chriſtoval de Valtodano* Obiſpo de *Palencia*; Don Fray *Ber-* „*nardo de Freſneda*, Obiſpo *de Cuenca*; DON HONORATO „JUAN, OBISPO DE OSMA, y el Abad de *Alcala la* „*Real* con otros procuradores per parte de el Cabildo de eſta „ſanta Igleſia, y de otras colegiales, y de el clero de eſta „Dioceſi. Aſſiſtio en nombre de ſu Mageſtad, el Illuſtre Don „*Franciſco de Toledo* hermano del Conde de *Oropeſa*, que fue „deſpues Virrey del *Piru*.

*Doctor* Villalpandus.

Cujus mentionem facit Doctor *Villalpandus* in epiſtola dedica-

dicatoria Libri de Conciliis Toletanis, his verbis: *cum* Toleti *eſſem in Concilio Provinciali, ut* Honorato Joannio *Epiſcopo* Oxumenſi *morem gererem, cui ego verò propter raras & excellentes virtutes, quibus animum ſuum mirabiliter excoluerat, tum propter inſignem benevolentiam, quâ mecum viveret, eſt proſecutus, plurimùm debebam.*

Interfuiſſe quoque *Honoratum* inter cæteros magnæ confidentiæ Miniſtros à Rege miſſos, ut *Carolum* moriturum diſponerent, de quo *Hieronymus de Quintana in Hiſtoria antiquitatis illuſtrium Virorum, lib.* 3. *cap.* 51. hiſce verbis.

Conocioſe ſer mortal el mal, temeroſos deſto algunos " Miniſtros pidieron a ſu Mageſtad le vieſſe, y echaſſe ſu ben- " dicion antes que murieſe, conſultoſe ſi convenia con ſu " Confeſſor, fray *Diego de Chaves*, y el Maeſtro de ſu Alteza " HONORATO JOAN ELETO OBISPO DE CAR- " TAGENA, y reſpondieron eſtava el Principe bien diſpue- " ſto para morir, como tan Catolico, y le podria inquietar " la viſta de ſu padre, y hablarle recebirian mas dolor ambos, " y aprovecharia muy poco a todos. "

Inter eos qui *Carolo* Principi in ſervitium aſſignati erant, *Honoratus* merito ſuo primum locum tenebat, de quo *Alphonſus Ulloa in vita Caroli.* V. *lib.* 4. *fol.* 243.

Et quantunque era grande lo ſtato e poſanza della Regal " Caſa del Principe con tanta compagnia di Baroni & Signo- " ri, non era di minor conſideratione e ſtima il numero degli " huomini illuſtri, che nella ſua corte, e ſervitio vivevano, " coſi eccellente ogniuno nella ſua facoltà, quanto al mondo " ſi potevano trovare: Non parliamo de militari: conciosia " che mai Principe non gli cavò del ſuo Regno piu princi- " pali e ſegnalati di quel che erano queſti: mà di alcuni cava- " lieri & perſone per il loro ingegno, lettere e ſufficienza ce- " lebrati, "

Alphonſus Ulloa.

*Quinam ex celeberrimis Viris fuerint in aula Regna.*



Digitized by Google

„lebrati, dequali vogliamo qui farne alcuna mentione. Nel-
„la Teologia lo ſeguiron Don *Pietro di Caſtro* veſcovo di *Sa-*
„*lamanca* capellano magior di ſua Altezza. Nella Juriſpru-
„denza & Jus civile il Dottore *Scudero* Conſigliero del Impe-
„rador, huomo integro e di ſingolar bontà, prudenza & in-
„gegno, ilquale mori poi a *Igualada* in *Spagna*, l' anno M.D.L.
„tornando col Principe di *Fiandra*. Il Doctor *Michaele Terza*
„Regente di *Catalogna*, nel ſupremo Conſiglio della Corona
„di *Aragona*. Il Doctor *Franceſco Minciaca* che fù Giudice e
„Pretor della corte dell' Imperatore, e del Conſiglio del
„Prencipe; In diverſita di lingue e buone lettere HONORA-
„TO GIOVANI nobile Valentino, &c.

„Fu data à Monſignor *Poggio* Legato del Papa una galea
„embarcaronſe con lui HONORATO GIOVANI, Don
„*Gabriel Zapata*, e Don *Lope Zapata*.

Didacus Gratianus *gratulatur Principi de eximio ſuo Magiſtro* Honorato Joannio.

*Didacus Gratianus in Hiſtoria Thucididis*, quam ex Græca in Caſtellanam traduxerat, in Dedicatoria facta Sereniſſimo Principi *Carolo*, eidem de tam in omni virtutum genere excellenti Magiſtro congratulatur, hiſce verbis:

„Y en la Dotrina de las buenas letras tan buena oportunidad
„en nueſtros tiempos qual no pudiera deſearſe mejor tenien-
„do por Maeſtro al Obiſpo de *Oſma* HONORATO JOAN
„varon prudente, y ſeñalado en virtudes, y en ciencia, y do-
„trina, como ſaben los que le conocen, y converſan, e yo
„entre otros de muchos años a eſta parte deſde aquel tiempo
„que juntamente eſtudiamos en la univerſidad de *Lovaina*
„en *Flandres*.

CA-

Digitized by Google

## CAPUT XIII.

### *Quantum Antiquitatum fuerit peritus* HONORATUS.

NOverat *Honoratus*, nihil ad mores componendos fructuoſius eſſe poſſe, præteritorum ſeculorum memoriis, undè Antiquitatum veterumque inſcriptionibus evolvendis extricandiſque totus diſtentus, ingentem ſimilium à ſe detectorum congeriem Literatis demonſtrare ſolebat, quas & deindè variarum eruditionum authoritate ita condiebat, ut ova omnium ab eo penderent; Qua de cauſa undique ad ipſum hujuſmodi antiquitatum fragmenta ſolvenda tanquam ad oraculum mittebantur. Inventæ fuerunt hujusmodi epigraphæ, ſuo tempore, non paucæ in *Luſitania*, de quibus nullius alterius, quàm *Honorati* judicium expoſcebatur. Et patet ex iis, quæ de eo *Lucius Andreas Raſendius l.* 3. *de Antiquitatibus Luſitaniæ*, tradit. Sed quia res digna eſt, quæ ab Antiquitatum ſtudioſis conſideretur, hîc ea apponenda duxi.

*Circa Antiquitatis recondita, conſulebatur ſolus* Honoratus.

### LUCIUS ANDREAS RESENDINUS de Antiquitatibus Luſitaniæ lib. 3.

*Manent adhuc in* Luſitania *aliquot monumenta Militum Romanorum, qui in Viriatino bello occiſi ſunt, ut in Territorio* Eborienſi, Pomarienſi *prædio, hoc, cujus ego teſtis ſum oculatus.*

L. SIL. SABINUS. BELLO. CONTRA. VIRIATUM. IN. EBOR. PROV. LUSIT. AGRO. MULTITUDINE. TELOR. CONFOSSUS. AD C. PLAUT. PRÆT. DELATUS. HUMERIS. MILIT. H. SEP. E. PEC. MEA. M. F. IN. QUO. NEMIN. VELIM. MECUM. NEC. SERV, NEC. LIB. INSERI. SI. SECUS. FIET. VELIM. OSSUA. QUORUMCUNQUE. SEPULCHRO. MEO. ERUI. SI. PATRIA. LIBERA. ERIT.



Digitized by Google

Id eſt.

Lucius Silo Sabinus, *bello contra* Viriatum *in* Eborenſi *Provinciæ* Luſitaniæ *agro multitudine telorum confoſſus*, *ad* Cajum Plautinum *Prætorem delatus humeris militum*, *hic ſepultus eſt*, *pecunia mea mihi fieri juſſi*, *in quo neminem velim mecum*, *nec Servum*, *nec Liberum inſeri*. *Si ſecus fiat*, *velim oſſa quorumcumque ſepulchro meo erui*. *Si Patria libera erit*.

HONORATUS JUANNES Valentinus, *Vir*, *& natalibus & luculenta eruditione nobilis*, *& hoc*, *& tria*, *quæ ſubjiciam à* Floriano Campenſi *accepta*, *mihi* Olyſippone *oſtendit*. *Sed ego illi hoc emendatius tradidi*. *Alterum etiam ibidem ſimul inventum eſſe narrabat*, *quod ego etſi diligenter perquiſivi*; *hactenus tamen invenire non potui*; *eſſe autem ferebat iſtiuſmodi*.

Q. LONGINUS. TARTAREO. ABSORT. HIATU. ANTE. TEMPUS. ARM. HOST.

IN. CAMPIS. LUSITANIÆ.

M. REGULUS. TRIB. MIL. MAR. SARCOPH. OSSA. CONTEXIT. VALETE. MILIT. ROMANI.

Hoc eſt.

Quintus Longinus Tartareo *abſortus hiatu*, *ante tempus armorum hoſtilium*, *in Campis* Luſitaniæ. Marcus Regulus *Tribunus militum marmoreo Sarcophago oſſa contexit*. *Valete milites Romani*.

Et hoc prope *Viſæum* Urbem.

L. ÆMIL. E. P. CONFECTUS. VULNERE HOC SUB NIGIDIO. COSS. CONTR. VIRIATUM. LATRONEM. LANCIENS. QUORUM. REMP. TUTARAT. BASIM. CUM. URNA. ET STATUAM IN LOCO PUBLICO EREX. HONORIS. LIBERAL. QUE ERGO.

Hoc

Digitized by Google

Hoc eſt.

Lucio Æmilio Lucii *filio*, *confecto vulnere hoſtili*, *ſub* Nigidio *Conſule contra* Viriatum *Latronem*, Lancienſes, *quorum Rempub. tutarat*, *baſim cum urna*, & *ſtatuam in loco publico erexerunt honoris liberalitatiſque ergo.*

*Hoc quoque neque ego vidi*, *neque C.* Nigidium *Conſulem Viriatino bello fuiſſe invenio*, *niſi conſulari poteſtate bellum geſſiſſe dicamus*, *quem à* Viriato *oppreſſum dicit* Plinius. *Fertur etiam teſtamentum* Galli Favonii, *quod retulit* Marlianus in Urbis deſcriptione in Luſitania *repertum*, *quod ab* Jacobo Simoneta Piſaurienſi *Epiſcopo*, & *Rotæ Auditore*, *ſe accepiſſe ait*, *in hæc verba.*

## EGO GALLUS FAVONIUS JUCUNDUS P. FAVONII F.

*Qui bello contra* Viriatum *occubui*, Jucundum & Pudentem *filios à me*, & Quintia Fabia *conjuge mea ortos*, & *bonorum* Jucundi, *patris mei*, & *eorum quæ ipſe mihi adquiſivi*, *hæredes relinquo*; *hâc tamen conditione*, *ut ab urbe* Roma *huc veniant*, & *oſſa hinc mea intra quinquennium è* Luſitania *exportent*, & via Latina *condant in ſepulchro marmoreo juſſu meo condito*, & *meâ voluntate. In quo velim neminem mecum*, *neque Servum*, *neque Liberum inſeri*, & *velim*, *oſſa quorumcunque ſepulcro ſtatim meo eruantur*, & *Jura Romana ſerventur*, *in ſepulchris*, *ritu majorum retinendis voluntate Teſtatoris. Et ſi ſecus fecerint*, *niſi legitimæ oriantur cauſæ*, *velim ea omnia*, *quæ filiis meis relinquo*, *pro reparando templo Dei* Silvani, *quod ſub viminali monte eſt*, *attribui. Maneſque mei à Pontifice Maximo*, & *à Flaminibus Dialibus*, *qui in Capitolio ſunt*, *opem implorent*, *ad Liberorum meorum impietatem ulciſcendam. Teneanturque Sacerdotes Dei* Silvani *me in urbem*

*urbem referre, & ſepulchro meo condere. Volo quoque vernas qui domi meæ ſunt, omnes à Prætore Urbano liberos cum matribus dimitti; ſinguliſque libram argenti puri, & veſtem unam dari. In* Luſitania *in agro. VIII. Cal. Quintileis bello viriatino.*

Teſtamentum hoc paulò diverſius mihi HONORATUS JOANNES *Floriani Campenſis* manu deſcriptum communicavit hoc modo.

EGO GALLUS FAVONIUS JUCUNDUS
L. F.

QUI. BELLO. CONTRA. VIRIATUM. OCCUB. ET PUDENTEM. FILI. EX TEST. HÆR. RELINQUO. ET BONOR. JUCUNDI. PATR. MEI. ET EOR. QUÆ. MIHI. ADQUISIVI. HAC TAMEN. CONDITIONE. UT. AB URBE. ROMA. HUC. VENIANT. ET. OSSA. MEA. INTRA. QUINQUEN. E LUSITAN. EXPORT. VIA. LATINA. CONDANT. SEPULCH. MARM. COND. MEA. VOLUNTATE. SI SECUS. FEC. NISI. LEGITIMÆ. ORIAT. CAUSÆ. VELIM. EA. OMN. QUÆ. FILI. RELINQUO. PRO. TEMPLO. DEI. SILVANI. REPARANDO. ADTRIBUI. MANESQUE. MEI. OPEM. A PONT. MAX. ET FLAMINUM. DIAL. QUI. IN. CAPITOLIO. SUNT. IMPLORENT. AD. IMPIET. CONTRA. FILI. ULCISCENDAM. TENEANTURQUE. SACERD. DEI. SILVANI. ME. IN. URB. REFERRE. ET. SEPULCH. ME. COND. VELIM. QUOQUE. QUOTQUOT. DOMI. MEÆ. VERNÆ. SUNT. LIBEROS. A PRÆTORE. CUM. MATRIBUS. DIMITTI. SINGUL. QUE. LIBRAM. ARG. ET VESTEM. DARI. ACT. VI. KALEN. QUINT.... R. GALBA. Q. AUREI. COSS. DECURR. TRANSCUDANI. HOC. TESTAM. ORE. EJUSD. GALLI. FAV. EMISS. LAPIDE. JUSSERE. ADSCULPI.

Erat

Digitized by Google

Erat *Honoratus* adeò antiquioris Literaturæ peritus, ut nihil ferè tam abſtruſum & abditum, reconditumque in exoticarum rerum ſignificatione lateret, quod non aperiret. Ferebatur tum temporis liber cujuſdam Authoris, cui nomen *Auſias March*, qui judicio Aulicorum, omnium eorum, qui Hiſpanico idiomate conſcripti erant Librorum ſubtiliſſimus habebatur; is verò, uti exoticis & peregrinis nominibus ſcatebat, ita quoque à nemine rectè intelligebatur; Solus *Honoratus* illum Linguâ Caſtellanâ Aulicis curioſiſſimis, ex ſummo, quo libri intelligendi ferebatur, deſiderio, non ſolùm explicabat, ſed ut curioſitati eorum quovis modo ſatisfaceret, vocabularium compoſuit, quo peregrina illa ubique paſſim occurrentia vocabula ſemigallica, in linguam puriorem tranſtulit. Ita *Gaſpar Eſcolanus in Hiſtoria Valentiæ. lib.* 10. *cap.* 29. *Exoticarum vocum interpres.*

"El doctiſſimo *Honorato Juan* Obiſpo de *Oſma*, y Maeſtro del Principe Don *Carlos*, hijo del Rey *Felipe Segundo*, el tiempo que tuvo a ſu cargo la criança, y dotrina del dicho Principe, a horas de entretenimiento leìa el libro de *Auſias March* por el mas ſutil de los eſcritos en *Eſpaña*, y ſe preciava de declararle en Caſtellano a muchos curioſos corteſanos que acudian a oyrle, y porque la aſpereza de los vocablos lemo ſines incognitos no les azedaſſe el guſto, hizo un abecedario de ellos, bolviendolos de Lemoſin en Caſtellano." *Verborum exoticorum interpres.*



Digitized by Google

## CAPUT XIV.

## *De Morte* Honorati Joannii

POſt multas variaſque infirmitates, quas literariis tot annorum lucubrationibus laboriſque incurrerat, de quibus in præcedentibus actum eſt, tanden finem laborum propinquum ſentiens, ut de Eccleſiæ ſuæ ſibi commiſſæ maturè proſpiceret, Epiſtolam ad Eccleſiæ ſuæ *Oxomenſis* ſubditos dedit, quâ quantâ curâ & ſollicitudine Eccleſiæ ſuæ præeſſet, quantis precibus ſuas fidei ſuæ commiſſas oves ad vitam ſanctè beatèque tranſigendam adhortaretur, quàm Divini amoris affectu ſuccenſus nil omiſerit, ut Eccleſiam ſuam, cui non niſi duobus annis præfuerat, moribus Chriſtiano homine dignis inſtructam relinqueret; quàm devotis interioris mentis affectibus, quanta ſuæ cum Divina voluntate reſignatione, mortem affectarit, ex dicta ejus epiſtola luculenter apparet: Digniſſimum ſanè monumentum, in quo veluti in ſpeculo quodam intueantur, quo zelo, & qua ſollicitudine ad paſtoralis officii adminiſtrationem dignè obeundam procedere debeant omnes ii Epiſcopi, qui ad tam altum & ſublimem Dignitatis Eccleſiaſticæ gradum evehuntur. Epiſtola ſequitur Latino & eleganti ſtylo conſcripta.

*Epi-*

Digitized by Google

## *Epiſtola in* Catechiſmo *ſeu* Manuali Oxomen. *anno* 1565.

DON HONORATUS JOAN. OXOMENSIS Epiſcopus, Regiuſque Conſiliarius, ac Sereniſſimi *Caroli Hiſpaniarum* Principis Magiſter, Parochis prædictæ Diœceſis ſalutem & benedictionem.

*Nihil magis angebat animum noſtrum (Fratres Dilecti) poſt paſtorale munus nobis injunctum, quàm amor & cura benè de vobis merendi: proſequimur enim vos magno (ut debemus) affectu, inſignique benevolentia. Itaque aſſiduè meditamur, quâ ratione vobis prodeſſe poſſimus, veſtriſque, & Eccleſiarum commodis conſulere; Itaque amor, & ſtudium tantum abeſt, ut remittatur, ut indies augeatur magis.* Sollicitudo Paſtoralis. *Quamobrem ſperamus brevi intelligetis non modò prælatum, ſed fratrem, indulgentiſſimumque patrem aſſecutos fuiſſe, ſi modò in vobis ovium mores, obedientiam, & filiorum amorem experti fuerimus: Quamquam enim magno cum mœrore onus hoc ſuſceperimus, ſcientes longè impar humeris noſtris: nihilo ſeriùs tamen non viribus noſtris & induſtriæ, ſed Divino præſidio fidentes, nulli pro vobis labori, non facultatibus, non ipſi vitæ, (ſi id res poſtulaverit) parcemus. Cæterùm certiores facti Eccleſias hujus Diœceſis laborare Catechiſmorum, ſeu Manualium penuriâ, partim quod hi libri corrupti, partim quod mendoſi, denique alii edacitate temporis conſumpti eſſent.* Inſtaurat Libros Doctrinæ Chriſtianæ utiles. *Juſſimus, ut ſumma cura Typis mandarentur, & quidem quantitate, & foliis exigui, at verò doctrinâ, & myſteriis referti, preclarique nimirum quod certiſſimæ noſtræ Religionis baſes, ac fundamenta (ſine quibus ad Regnum non patet aditus) contineant; Reliquum eſt, ut qua decet benevolentia, & pietate ſuſcipiatis, legatis ſæpiſſimè, ut rem tanti momenti promptè, atque expeditè exerceatis. Valete, & ad* Deum Optimum Maximum *pro nobis preces fundite.*

Addam modò aliam Hiſpanico idiomate conſcriptam, veluti ultimæ voluntatis ſuæ codicillum; in qua quanto animi ſenſu Deo Sanctiſque omnibus ſe commendet, quanta dovotione animique ſubmiſſione ſe Sacræ Romanæ Eccleſiæ ſtatutis, & quibuſcunque tandem iiſdem contrariis repudiandis, ſupponat; quanto zelo *Carolum* Principem ad ea, quæ à ſe circa vitam Principis cum honore Dei peragendam didicerat executioni mandanda animarit; quomodò teſtamentum per eum exequi voluerit, luculenter deſcribitur; & uti illa ad rectitudinem & integritatem hujus magni ſanè viri conteſtandam, magni momenti eſt, ita quoque ad poſteritatis memoriam tranſcribendam eſſe exiſtimavi; uti ſequitur.

## PREAMBULO, Y ALGUNAS CLAUSULAS *del Codicilo de Illuſtriſſimo Señor Don* HONORATO JUAN *Obiſpo de* Oſma, *publicado en* 30. *de Julio.* 1566.

„En el nombre de la Santiſſima Trinidad, Padre, y Hijo, „y Eſpiritu Santo, tres perſonas, y un Solo Dios Verdade„ro, que Vive, y Reyna para ſiempre ſin fin, *Amen.*

„Notorio ſea a todos los que eſta carta de Codicilo cerrado „in ſcriptis Vieren, como yo Don HONORATO JUAN, „por la gracia di Dios, y de la Santa Sede Apoſtolica, Obiſpo „de *Oſma*, Maeſtro del Sereniſſimo Don *Carlos* Principe de las „*Eſpañas*, eſtando enfermo en el everpo, con el entendi„miento, y juizio natural, qual Dios fue ſervido de me dar, „conſiderando, que el glorioſo San *Pedro* Principe de los Apo„ſtoles, ſabiendo que ſe acercava el dia de ſu muerte, dixo: „*Velox eſt depoſitio tabernaculi mei*; y San *Pablo* Apoſtol Santiſ„ſimo, hablando del dia de ſu muerte, dixo: *Ego enim jam de„libor, & tempus meæ reſolutionis inſtat.* y tambien San *Martin* va„ron perfectiſſimo, aviendo juntado ſus Diſcipulos, les dixo,

„que

que ya eſtava cerca la reſolucion de ſu cuerpo, las quales "
palabras, y otras de muchos ſiervos de Dios, conſiderando "
muchas vezes, entiendo, que el fin de la vida de cada uno "
es breve, y que mas propiamente ſe podria llmar tiempo que "
huye, que no vida, mayormente en mi, por los ſeñales que el "
Sapientiſſimo *Salomon* en ſu *Eccleſiaſtes cap.* 12. pone, y por las " *Acceptat infirmitates de manu Dei.*
continuas, y muy peligroſas enfermedades, que Dios es ſer- "
vido de darme, y juntamente con eſto, teniendo ante mis "
ojos la ſanta, y muy neceſſaria amoneſtacion, que el Profeta "
*Eſaias* hizo al Rey *Ezequias*, diziendo: *Diſpone Domui tuæ, quia* "
*morieris, & non vives.* He entendido que es de grande prove- "
cho a los ſiervos de Dios, tener muy continua memoria de ſu "
muerte, la qual no ha de acarrear triſteza, ſino placer; por- " *Mors porta, per quam aſcenditur ad Cœlum.*
que es puerta para ſalir de las miſerias deſta vida, y paſſar a la "
vida ſin fin, donde eſtà todo el gozo, deſcanſo, y bievaven- "
turança, con tal que proceda antes de ſu muerte diligente "
examinacion de ſu conſciencia, limpiandola con verdadera "
penitencia de ſus pecados, y con juſta diſtribucion de los bie- " *Pænitentia.*
nes, que Dios por ſu liberalidad fue ſervido darle. Por tanto "
alabando mi anima al Señor haſta la muerte, cuya es la vida "
paſſada, de quien proceden los buenos penſamientos, y "
obras, ſuplicando a ſu Divina Mageſtad por cu precio- "
ſiſſima Paſſion, y por los meritos de la glorioſa, y ſiempre "
Virgen Santa *Maria* ſu Madre, a la qual yo en toda mi vida " *Devotus B. Virg.*
he tenido, y tengo eſpecial devocion, y de todos los Santos "
de la Corte Celeſtial, eſpecialmente de los Bienaventura- "
dos San *Pedro*, y San *Pablo*, San *Geronymo*, San *Aguſtin*, San- "
to *Domingo*, y San *Franciſco*, y el Angel cuſtodio, perdone "
mis culpas, y pecados, y me dè claridad, y entendimiento, "
que lo que ordenare en eſte mi Codicilo, ſea en ſervicio, "
y honor ſuyo, creyendo, y confeſſando, como creo, "

 y con-

Digitized by Google

„ y confieſſo todo lo que tiene, cree, y confieſſa la Santa Ma-
„ dre Igleſia Romana, en la qual Fe proteſto de vivir, y mo-
„ rir, anatematizando, como anatematizo todas, y qualeſ-
„ quier heregias, que contra ella ſe han levantado, y levanta-
„ ren, hago, y ordeno eſte mi codicilo, y declaro mi ultima.
„ voluntad en la manera ſiguente.

PRIMERAMENTE, &c.

*Commendatio teſtamenti executioni mandandi.*

„ Item mando, que mis teſtamentarios hagan inventario
„ de mis bienes en forma, como ſon obligados, y deſpues de
„ acabado, lo embien a ſu Alteza el Principe nueſtro Señor,
„ y le ſupliquen, que de los bienes que yo dexare ſe ſirva de
„ todos, o de las coſas que a ſu Alteſa mas le ægradaren; y
„ aviendo declarado ſu voluntad, mis teſtamentarios lo im-
„ bien adonde ſu Alteza mandare, pues todo es poco para
„ ſervir lo mucho que yo devo.

„ Item ruego; y encargo a mis teſtamentarios que luego
„ deſpues de mi muerte, los que aqui ſe hallaren, eſcrivan
„ una carta a ſu Altezza el Principe nueſtro Señor, dandole
„ quenta de lo que yo dexo ordenado, y que luego en avi-
„ endo opportunidad vaya lo mas preſto que ſer pueda el
„ Iluſtre Señor Licenciado Don *Alonſo de Medina* Arcediano
„ de *Oſma* nueſtro hermano, y teſtamentario, a viſitar a ſu
„ Alteza, y ſuplicalle no ſe deſirva del atrevimiento de avelle
„ nombrado por teſtamentario, que la gran aficion que tune
„ ſiempre a ſu Real ſervicio me ha dado atrevimiento para
„ ello, juntamente con entender que ſu Alteza ſerà el todo
„ para que ſe cumplan mejor las coſas que convienen al deſcar-
„ go de mi conciencia, y alma, y que le ſuplique, ſu Alteza
„ añada, y quite todo lo que le pareciere de mi teſtamento,
„ y eſte mi Codicilo, que aquello que ſu Altezza mandare lo

*Executor teſtamenti Carolus Princeps.*

doy,

Digitized by Google

doy, y quiero que ſea tan valido como ſi eſtuvieſſe expreſſa- “
do en eſte mi Codicilo, o en el teſtamento, y tambien le ſu- “
plique vea ſu Altezza un memorial que con eſte mi Codici- “
lo que darà cerrado, y ſellado, para que en lo alli contenido “
me haga las mercedes que yo confio, conforme a como ſu “
Alteza ſiempre me las ha hecho; y para cumplir las dichas “
mandas, y todo lo demas contenido en mi teſtamento, y “
en my Codicilo, y otras coſas ſi ſe ofrecieren a ellas annexas, “
y concernientes. Dexo, y nombro por mis teſtamentarios, “
y Albaceas al Sereniſſimo Don *Carlos* Principe de las *Eſpañas* “
nueſtro Señor con poder pleniſſimo para que ſe cumpla, y “
execute todo lo que ſu Alteza fuere ſervido de mandar aña- “
dir, quitar, y mudar; ſegun eſta dicho, y para que pueda “
ſubſtituir un procurador, o teſtamentario, o muchos como “
ſu Alteza bien viſtole fuere, &c. “

Item ſobre todo encargo a mis hermanos, y ſobrinos que “
ſirvan a Dios, y a ſu Rey como ſiempre lo han hecho ellos, “
y ſus paſſados, como ſon obligados, y que tengan entre ſi “
paz, y amor, y ſe fauorezcan como buenos hermanos, y “
deudos, tengan eſpecial cuydado de rogar a Dios por mi, “
que yo quiſiera dexar los a todos muy aprovechados, lo- “
qual hiziera ſi Dios me diera vida. “

*Deſiderat cognatorum cultum Divinum & in Regem fidem.*

## De el Obiſpo Don HONORATO JOAN unico de eſte nombre Maeſtro del Principe Don *Carlos*.

*Por muerte de el Obiſpo Don* Petro *fue eleto para la Silla de Oſma* DON HONORATO JOAN, *turo por patria un lugar del Reyno de* Valencia: *fue hombre docto, y de gran conocimiento de las Artes Liberales, y de otros mas importantes. Aprendio las bue-*

Digitized by Google

*buenas letras en* Flandes, *en caſa del Maeſtro* Luis Vives, *y turo por compañero a* Tomas Garcia *Secretario del Emperador, y de* Felipe Segundo *eminente hombre en lenguas, y buenes letras de* HONORATO JOAN *dize* Marineo Siculo *en ſus varones iluſtres, que deſde moço tuvo opinion de Letrado, por ellas, por ſu virtud, y prudencia.* Phelipe Segundo *le eſcogiò entre muchos por Maeſtro de ſu hijo el Principe Don* Carlos, *y ſi a la eleccion reſpondiera el fruto que de tan grande dicipulo eſperava, huvieran lucido mucho mas las letras deſte Prelado. Diole el Rey el Obiſpado de* Oſma *de que tomò poſſeſsion en primero de Mayo.* 1564. *halloſe en el Concilio Toledano que ſe celebrò al punto, que tuvo fin el Concilio Tridentino, y hizo guardar en ſu Igleſia muchos de los ſacros canones, dio mueſtras de ſingular Prelado, y de amar, y eſtimar mucho a los hombres de letras. Gran parte del eſtilo de ſu proceder, y vida dexò eſcrita Fray* Franciſco de Guzman *en un tratado que dedico a eſte* Obiſpo *de el celibato de los Miniſtros Santos del Altar, ſolos dos años governò eſta Igleſia, y falleciò en* 30. *de Julio de* 1566. *dioſele a ſu cuerpo ſepultura en ſu Igleſia Catedral en la cappilla de el Santo Crucifixo, y una piedra de jaſpe dize del.*

✠

*Aqui eſtà depoſitado el muy Iluſtre, y Reverendiſsimo Señor* DON HONORATO JOAN *Obiſpo de* Oſma, *Maeſtro del Sereniſſimo Señor Don* Carlos *Principe de las* Eſpañas, *fallecio a* 30. *de Julio* 1566. *años.*

RELICTURO SATIS.

*Dicit itaque Eccleſiæ Oxumenſi duos ſolummodo annos præfuiſſe; paſtoralis curæ onus ſibi impoſitum adiiſſe* 1. *die May. circa finem*

*Conci-*

Digitized by Google

*Concilii Tridentini, diem vero in eo extremum obiiſſe 30. Julii anno 1566. Terra mandatum corpus ejus in Eccleſia Cathedrali in ſacello S. Crucifixi cum epitaphio in Iaſpide inaurato uti ſequitur.*

HONORATUS JOANNIUS *Epiſcopus Oxumenſis, Seren. Domini* Caroli *Principis* Hiſpaniarum *Magiſter. Obiit 30. July an.* 1566.

Quid vero per hæc verba tum ſepulchro ejus tum armis gentilitiis adſcripta ſignificent paucis explicandum duxi. Verbis hiſce, RELICTURO SATIS pius & religioſus vir, nil aliud indicaſſe videtur, niſi quod poſt mortem, poſtque tantam nominis famam, ſcientias, dignitates, mundique gloriam, (quæ nil aliud ſunt quam fumus & modicus vapor) aliud in reſiduo non ſe habere, quam bonorum cœleſtium nunquam interiturorum ſpem. Verba hæc ad ſpiritualem ſenſum accommodata ex *Epiſtola Plinii ad Maximum* deſumpſiſſe videtur: ubi agens de infirmo, inquit. *Non amoribus ſervit, non appetit honores, opes negligit, ut quantumcunque habet ea relicturus ſatis habet.* Quæ & ſequentibus verſibus ſic expono.

*Divitias quærant, alii ſectentur honores,*
*Atque alii Cypriæ, ſuavia blanda Deæ.*
*Et quam mundus amat, ceſſet peritura voluptas*
*Omnia linquantur Vana, peroſa Deo*
*Sola* RELICTURO *mihi ſat ſint munerà vitæ,*
*Quam Chriſtus ſpondet vita ſaluſque ſuis.*

*Hieronymus Contreras* Chronographus *Philippi* II. Regis, in Libro de variis ſubjectis, hujus Viri mortem deplorans, ſic loquitur.



Digitized by Google

„Pero paſando adelante puſe mi viſta en otro Obiſpo, el „qual eſtava veſtido de una ropa de ſeda morada, toda cu-„bierta de *Centellas* de oro, y aunque luego le conoci, toda „via mire el eſcudo que a los pies tenia, el qual era amarillo „con unas letras verdes, que aſſi dezian.

*Eſte es* HONORATO JOAN,
*Que ves lleno de* Centellas,
*A quien ſus virtudes dan*
*Su renombre todas ellas,*
*Y con el vivas eſtan*
*Fue de Don* Carlos *Maeſtro,*
*Gran Principe, y Señor nueſtro,*
*Y en* Oſma, *Obiſpo murio,*
*De manera que os falto,*
*Sabios el eſpejo vueſtro.*

„Mirando a HONORATO JUAN muchas coſas de no „poca conſideracion paſaron por mi entendimiento, dando-„me la memoria que ſuele dar el amor, y amiſtad de aquello „que bien le quiſo, y mas quando ſe pierde ſin remedio de „cobrarlo.

Nihil itaque reſtat modò, quam ut Monumentum Immortalitatis hîc apponamus, quo celeberrimi *Hiſpaniæ* ſcriptores, Elogiis ſanè inſolitis *Honoratum Joannium*, ad perennem Poſterorum memoriam, condecoratum voluerunt.

Monu-

Digitized by Google

# Monumentum Immortalitatis dictorum epitomicum.

Quod

*Venerabili Viro* HONORATO JOANNIO, *famâ ſuper æthera noto, Gloriæ* Hiſpaniæ, *Grandi Valentinorum Ornamento. Oxumenſis Eccleſiæ Præſuli Religioſiſſimo* Carolo V. *Cæſari*

*Nec non*

*Philippo* II. Regi Catholico

Unicè caro & familiariter Domeſtico.

*Caroli* Principis *Hiſpaniarum* in morum artiumque cultura *Magiſtro Sapientiſſimo.*

Proſapiâ Nobiliſſimo, Majeſtate morum ſpectabili,
Omni ſcientiarum genere exculto.
Oratori Incomparabili.
Poëſios Oraculo.
*Ciceroni* Redivivo.
In Moralibus Diſciplinis ſui ævi *Senecæ.*
In Juriſprudentia *Bartholo.*
In Linguarum varietate *Mithridati.*
In Aſtronomicis *Ptolomæo* & *Alphonſo* ſuppari.
Theologo conſumatiſſimo.
Antiquitatum Promocondo.
Arcanorum Naturæ Genio.
Medicinæ Conſultiſſimo.

Montanus. Morales Jaſon.

Ludovicus Vives.

Matamoros. Guſman *Innumeri alii ſupra citati.*

Montanus. Gonſales. Jaſon. Pintianus. Arias Montanus. Grudius. Montanus Grudius. Wich. Put. Sincianus. Nicolaus. Carceres. Arias Montanus. Morales. Montanus. Carceres. Scolanus. Gil. Gonzales. Nicol. Grudius. Palmirenus. Montoya.



Digitized by Google

Oretanus. Fuſterus. Eſcolanus. Nuñez. Vidius. Gratianus. Grudius. Montanus.

Divinarum Humanarumque rerum notitiâ nulli ſecundo.
Normæ Sapientiæ, Scientiæ Prodigio.
Fidei, Religionis, Cæterarum Virtutum Prototypo.
Viro Cœlitus lapſo.
In omnibus Maximo & admirabili.
Unanimi Charitum conſpiratione
*Hiſpaniæ* Scriptores ſui temporis celeberrimi
Ad perpetuam tanti viri memoriam
Sparſim.
P.P.

Ne verò tantus Vir noſtra commemoratione deſtituatur, hìc eidem ad poſteritatis memoriam ſequentia Epitaphia apponenda duximus.

*Epitaphium Dodecadyſtychon*

D. O. M.

ET

Celeberrimo, & ſuæ ætatis Doctiſſimo

HONORATO JOANNIO, erectum.

*Aoniæ triſtes Muſæ, plorate Sorores*
*Occidit heu veſtri fama decuſque chori.*
*Vivens quo vobis non ullus amicior illo,*
*Ingenio cujus, non ſatis Orbis erat.*
MAGNUS HONORATUS *Decus immortale Virorum,*
*Conditur hîc ævi gloria magna ſui.*
JANIUS *eximius, quo nuſquam doctior alter*
*Ante fuit, nec eo fortè futurus erit.*

*Occultum*

Digitized by Google

*Occultum quicquid claudit Polus alter & alter*
*Solus inacceſſas pectore clauſit opes.*
*Huic claves Natura ſuas conceſſerat uni,*
*Huic Arcana aliis non adeunda viris.*
*Rhetor erat ſummus,* Cicero *redivivus in Orbe,*
*Leges oretenus Regibus ipſe dabat.*
*Quod rarum, eximium veneranda Mathemata produnt,*
*Horum omnes amplâ mente tenebat opes.*
*Rettulit, ornavit veterum monumenta Sophorum,*
*Arte, manu, curis, ore, favore, fide.*
*Hunc* Phœbum *tandem mors invida traxit in umbras,*
*Hoc decus Orbis eheu, quàm brevis urna tegit.*
*Sat tamen eſt, vixiſſe bonum, rectique tenacem,*
*Nemo parùm vivit, cui bona vita fuit.*
*Diſcite Mortales contemnere grandia Mundi,*
*Omnia vana, vapor, fumus & umbra, Nihil.*



Digitized by Google

# Aliud Epitaphium

## HONORATO JOANNIO *Præſuli Oxumenſi erectum.*

Siſte Viator
Ubi non ſiſtit vita
Ut diſcas vivendo quod moriendo docuit
HONORATUS JOANNIUS
Antiſtes Oxumenſis.
Qui
Nobili genere ortus
Nobiliore indole ornatus,
Fortunâ in Sapientiæ obſequium evocatâ
Honoribus ſimul & litteris effloruit.
CAROLO QUINTO Imperatori Carus,
PHILIPPO SECUNDO *Hiſpaniarum* Monarchæ
Familiaris
Regiorum Conſiliorum Arbiter.
Doctorum Virorum Miraculum.
Sic pietate, doctrinâ, prudentiâ ſummus,
Dignus viſus eſt
Qui CAROLUM Principem *Hiſpaniarum* inſtitueret,
Ad vitam ſummo Principe dignam.
Obiit
Expleto ſuo Nomine
Hoc eſt, plenus Honore, & Gratiâ,
Relicto Poſteris documento.
Honorem virtute, Doctrinâ Gratiam parari.
Abi jam Viator & imitare.



Digitized by Google

# DOXOLOGIUM POLYGLOSSUM SYNCHARMICUM.

Quo

# HONORATO JOANNIO

*Uti variarum Linguarum peritiâ inſtructo, ita Nationes quoque peregrinæ ei de Dono à Deo acccepto, compluria Linguarum apparatu congratulantur.*

## SYNCHARMA I. LATINUM.

### Latina Muſa de Regio HONORATI Magiſterio congratulantur.

*QUi laudum ſegetem fudit ſtatuitque labori*
*Munera, Virtuti fecit honoris iter.*
*Gloria virtutum merces eſt digna, nec uſquam*
*Quæ labor evulgat, delituiſſe juvat*
*Sic & Athlantiadis poſt præmia juſta laborum*
*Tot meritis duplex jacta columna fuit*
*Dùm* TU JANE *animas grandes virtutibus imples,*
*Harum dùm Regum pectora amore trahis.*
*O quantum decus arte paris? Diademate fronti*
*Regia virtutum culmina quanta paras?*
JOANNI *hæc poſtrema* TUI *ſunt ſigna decoris,*
*Poſt quæ non* ULTRA PLUS *Tibi poſſe datur.*

SYN-

Digitized by Google

## SYNCHARMA II. GRÆCUM.

### *Novena Muſarum cohors* Joannio Apollini *ſuo gratulatur & applaudit.*

Σπεύδετε θυγάτερες δὴ ὁσιώταται ᾄδετε μοῦσαι
Αμοίκομαι Ιανὶ Ἀνδρὶ σόφῳ περιπλέξατε θύρσους
Σπεῦδε ΘΑΛΕΙΑ σεὰν κυθάραν ἁρμοζέτε πλῆκτρον
ΚΛΕΙΟ καὶ δοξάζῃ σοφίαν μεγαλείο ἀνδρὸς
ΚΑΛΛΙΟΠΗ Ιανίου πλήκτρῳ καλὰ Σώματος ὑμνῆ
ΤΕΡΠΨΙΚΟΡΗ καὶ ἀγοῦσα χόρους καλὰ νοῦς Ιοάννου
ΜΕΛΠΟΜΕΝΗ σοφίαν Ιανίου πολυπλήκτρῳ ἀίδῃ
Μολπάζης ΕΡΑΤΩ καὶ φίλον, σφέτερόν καὶ χορηχὸν
ΕΥΤΕΡΠΗ ἀρετὰς δὲ Λύρᾳ λιγερίζε πολύμνῳ
ΟΥΡΑΝΙΗ Ιανίου Φηβεῖα χαρίσματ᾽ ἀνοίγῃ
Υμνοῦχη Ιανίου προφέρῃ ΠΟΛΥΥΜΝΙΑ δόξας
Πάσαι ΟΝΟΡΑΤΟΝ χάριτες θρησκεύσατέ Φῆβον
Ὁ στέ σόφων ὁ σόφος, οὐ γὰρ ἐξαίρετος ἄλλος
Πάσας τὰς γλώττας καὶ γράμματα πάντα γινώσκων.



Digitized by Google

# SYNCHARMA III. HEBRÆUM.

## MUSA HEBRÆA

Congratulatur

## HONORATO

*de eruditionis magnitudine & varietate.*

הונראטוס יוחנן איש חכם כל יסוף
האיש אדיר ובעל החכמים מי ישבוהו
עד בלי די כי מבוע לבו הים נור השמש
כמו החשך ממשלת עמו וכמו ככבי
הרקיע רבים בלי ספר. כן אין שום שיספר
הכוחות יוחנן. הוא בקיא בכל דעת
האליאות ובפלסופיא לבו הוא בית
כל חורת הטבע ונפשו מען כל החכמים
ומדרש כל פלסופים ובעלי דעת
אין איש חדברים במשלי החידות
כמו יוחנן ולא אחר שישוה בו:



Digitized by Google

## SYNCHARMA IV. HISPANICUM.

# MAGNUS SAPIENS GLORIA REGIS.

AL Principe mayor, al ſoberano,
Que en repetidas glorias goço el ſuelo,
Al que apoſtando impèrios con el cielo
Se diede entre los fueros de lo humano
Eleſplendor *Auſtriaco* que hu ſano
Le admira tanto barbaro desbelo
Rindiendo la zerbiz con deſconſuelo
Al impulſo invencibile de ſu mano
A eſte Campion, en culto riberente
HONORATO JUAN da la gloria
Que fue *d'Eſpagna* honor, y breve ſuma
Porque traherla puede ſolamente
Del ſepultado olvido, a la memoria
Para tan grande Principe, tal pluma.

SYN-

# SYNCHARMA V. ITALICUM.

## Effectus SAPIENTIÆ veræ

*IN*

# HONORATO JOAN.

*SOllevar la vertude hormai cadente*
*Cercar fama & honore più cho teſori*
*Ornar di vertù L' alma é l' erin d' allori*
*Haver gelido il ſenſo, é l' alma ardente*
*Creſcere di gloria con l' età creſcente*
*Frutti produr ſulo ſpontar de fiori*
*Correre faſtoſa e prevenire l' onori*
*Abbaſſar gl' affetti e, alzar la mente*
*Non laſciar* CLEIO, *e ſeguitar* Aſtrea
*Moſtrar nuova eloquenza in lingue antiche*
*Trattar plettro* Latino, *é Cetra* Achea
*L' otio nemico haver le muſe amiche*
*Et in terra comparis celeſte Idea*
*Sono* d' Onorato Juan *opre e fatiche*



Digitized by Google

## SYNCHARMA VI. GALLICUM.

# HONORATUS

*Arcanorum librorum revelator.*

ESpagne tu dois beaucoup à la magnificence
De fameuſe *Valence* dont tu tiens tes beautés
Et qui t'ont autrefois fait vaincre en raretés.
Tout le reſte du monde auſſi bien qu'en puiſſance
Ces grands œuvres dont la rare ſcience
S'elevant juſq'au Ciel, voloit de tous coſtés
Ont eſtés par leurs ſoins dans tes murs tranſportés
Faiſant gemir la mer, deſſus leur poids immenſe
Mais ces oëuvres n'eſtoient, que des livres muets
Et toute leur ſcience inutile à jamais
Aux plus perçants eſprits eut demeuré ſecrete,
Si le Grand HONORE pour nous la reveler
Par ſes heureux travaux de ce docte interprete
N'eut trouvé le moyen de le faire parler.



Digitized by Google

# SYNCHARMA VII. GERMANICUM.

## HONORATO JOANNIO MUSÆ

*Omni inſtrumentorum genere congratulantur*

## De Sapientia reſtituta.

Mitt Saiten/ mitt Freuden/ Kunſtlieblich erklingen/
Die jaugtzenden ſtimmen/ nun ringen und ſingen/
Das geigen und pfeiffen/ das ſchluffende zueiffen/
Der wirblenden Flöten/
Das ſchallen und hallen/ der prallenden Zincken/
Das ſteigen und ſincken
Der holen Cornetten/ bricht löblich hervor/
Weil Honoratus Joannius bringt ſein Weisheit hervor;
Die künſte begünſtigt/ von hohen Regenten/
Verjaget/ geplaget/ ſich ſelbſten nicht kenten/
Beginten zu ſteigen/ ſie werden ihr eigen/
Die lagen darnieder;
Erweiſen und preiſen/ was weiland verborgen/
Mitt ſeltenen ſorgen/
Und zeigen ſich wieder in höchſter flor/
Weil Honoratus Janius bringt ſein Weisheit hervor.



Digitized by Google

# SYNCHARMA VIII. ARABICUM.

## *Congratulatio de doctrina & ſapientia*

## HONORATI JOANNII

*extra omnia Lividorum tela conſtituti.*

يا هنورات يوحنا من فـــار سـعلى كل الوري
بعل وحراه بتعب مجموع * فرح افرح معك
لانك حكيم كبير من كل الناس لد لكا تطير
سعلى روح الحكة وتغني اللكبنور العلوم من
كل حكما لانك فخر الدنية وكل العجب
بين الناس هكذا هم نجهد وكذا به
خصصت ولا يكون قولهم عندك
مسموع فلو قسم الليث الغلابا لماالابت
منه الكلب ولو ماتت الجوع لو

SYN-

# SYNCHARMA IX. SYRIACUM.

## Miratur SYRIA

*Ingentes Scientiarum reconditiorum theſauros*

*IN*

# HONORATO JOANNIO,

*ſine exemplo abditos.*

ܐܘ ܗܘܢܪܐܛܘܣ ܝܘܚܢܢ ܡܚܟܡܢܐ ܡܫܡܗܪܐ ܀
ܡܝܩܪܐ ܕܚܟܡܬܐ ܟܠ ܗܘ ܡܠܝ ܠܒܗ ܀
ܒܝܘܢܐ ܕܡܠܟܘܬܗ ܠܐܬܪܐ ܕܣܘܪܝܐ ܛܘܒ ܀
ܕܝܢ ܘܦܪܝܫ ܐܫܬܝܐ ܐܝܟܢܐ ܠܟܠ ܡܕܡ ܀
ܐܢܫܐ ܐܡܝܢܐ ܠܟܠ ܢܗܝܪ ܗܘܐ ܒܟܠܗܘܢ ܗܘܘ ܀
ܛܒ ܟܠ ܘܚܟܝܡ ܐܝܟܢܐ ܘܐܦܝܣ ܗܘܐ ܡܕܡ ܕܗܢܝ ܀
ܟܠ ܡܕܡ ܕܬܒܥܐ ܐܦ ܡܕܢܚܐ ܘܡܥܪܒܐ ܘܬܝܡܢܐ ܘܓܪܒܝܐ ܀
ܒܟܠܗ ܐܢܫ ܕܒܗ ܗܘ ܢܦܫܗ ܘܠܘܬ ܟܠܗܘܢ ܀
ܢܦܫܗ ܒܢܝܐ ܟܬܒܐ ܡܫܬܘܕܥܢܐ ܐܡܝܢܐܝܬ ܀



Digitized by Google

# SYNCHARMA X. CHALDÆUM.

## Miratur CHALDÆA

*Sapientiam* Honorati Joannii, *eo quod veterum* Chaldæorum *ſcientiam omnem ſua complexus ſit mente.*

כדי שמשא בין כוכבין ברקיעא דשמיא
הדי יחנן הו בין דעתני דנכריא
כות גיהון נהרא הו יפריה כל ארעא דמצרין
ככה יהנן בסיפריה יפריה ית לבות דחכמין
הו ריבון מתרורב בכל דעת וחכמתא
דטבע ודשיור דזמרא ובכל תלמדותא
שוגב דברבות במדשתא על כל מלמדים
ומעליה כסאיה דמלפנותא על כל בקיים
מטול די שמיה סגיא סחור בכל עממיא
והתו מכל בורא למשמע מלפוניא:

SYN-

Digitized by Google

# SYNCHARMA XI. SAMARITANUM.

## H O N O R A T U S

*Scientiarum Reſtitutor.*



Omnis lingua & idioma elegans ſolvat vota ſua & tributum ſeparet, illi, qui radicem, famis à campo ſapientiæ extirpavit. En *Samaritanus* munus ſuum offert, manu plaùdit, & ſocios invitat & pelagus ejus laudum navigat; qui ipſo reſtitutore refloruerunt ſcientiæ.

# SYNCHARMA XII. COPTUM.

# HONORATUS JOAN

## *Sui ævi* SALOMON.

Ⲥⲁⲗⲱⲙⲟⲛ ⲁϥⲉⲥⲁϫⲓ ϩⲉⲛⲡⲓⲕⲟⲥⲙⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲛⲓⲁⲥⲧⲣⲁ ⳾ ⲛ̀ⲧⲉ ⲉⲧⲕⲱϯ ⲛⲉ ⲡⲓⲡⲩⲣⲅⲟⲥ ϭⲟⲩⲱⲛ ⲛⲓⲃⲓⲛ ⲛⲓⲥⲱⲛⲧ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲧⲓⲥⲓⲥ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲛⲓⲑⲏⲣⲓⲟⲛ ⳾ ⲁϥⲉⲥⲁϫⲓ ⲉⲁⲟⲗϧⲉⲛ ⲛⲓϣϣⲏⲛ ⳾ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲕⲁⲣⲡⲟⲥ ⳾ ⲛⲉⲙ ϩⲉⲛⲡⲓϣⲉⲛⲥⲓϥⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲗⲓ̀ⲃⲁⲛⲟⲥ ⳾ ϣⲁ ⲛ̀ⲣⲏⲓ ϩⲩⲥⲟⲡⲱⲛ ⲁϥⲧⲱⲛϥ ⲫϯ ϯⲟⲩⲛⲟⲩ ⲛⲉⲧⲉⲣⲟⲛ Ⲥⲁⲗⲟⲙⲱⲛ ⲛ̀ⲃⲉⲣⲇⲓⲛⲁⲇⲟⲥ ⲛ̀ⲇⲓⲁⲧⲣⲟⲭⲟⲥ ⲅ̅ ⳾ ⲡⲓⲇⲓⲁⲧⲣⲟⲭⲟⲥ ⲡⲓⲣⲉϥⲕⲁϯ ⲫⲏ ⲫⲏⲉⲧⲉⲣϩⲱⲃ ⳾ ⲡⲓⲡⲟⲗⲓⲧⲉⲩⲧⲏⲥ ⳾ ⲡⲓⲕⲩⲙⲛⲟⲥ ⳾ ⲡⲓⲑⲉⲥⲡⲉⲥⲓⲟⲥ ⳾ ⲡⲓⲥⲧⲉⲫⲁⲛⲓⲥ ⳾ ⲡⲓⲁⲅⲱⲛⲓⲑⲉⲧⲏⲥ ⲡⲓⲅⲉⲛⲛⲉⲟⲥ ⳾ ⲡⲓⲙⲉⲗⲓⲧⲟⲥ ⲁϥⲧⲏⲓϥ ⲫϯ ⲛⲓⲅⲉⲛⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲗⲁⲥ ⳾ ⲁϥⲧⲏⲓϥ ⲡⲓⲉⲙⲓ ⲛⲉⲙ ⲫⲓⲥⲓⲟⲗⲟⲅⲓⲁ ⳾ ⲛⲉⲙ ϩⲉⲛⲫⲙⲉⲩⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲉⲛⲓⲅⲙⲁ ⲛⲉⲙ ϩⲩⲡⲟⲑⲉⲥⲓⲥ ⳾ ⲁϥⲧⲏⲓϥ ⲫϯ ⲡⲓⲉⲙⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲑⲏⲣⲓⲟⲛ ⳾ ⲛⲉⲙ ⲛⲓϩⲁⲗⲁϯ ⳾ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲧⲉⲫϯ ⳾ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲗⲁⲟⲩ ⳾ ⲡⲓⲁⲝⲓⲟⲥ ⲡⲉ ⲛⲓⲥⲧⲩⲗⲏ ⳾ ⲛ̀ⲱⲟⲩ ⲡⲓⲁⲝⲓⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲟⲃⲉⲗⲓⲥⲕⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲁⲑⲁⲛⲁⲥⲓⲁ ⳾

*Salomon* Sapienter de Mundi myſteriis, Cœlorum opificio & Natura rerum locutus fertur; Animalium naturas argute penetravit; de Plantis diſputavit à Cedro quæ eſt in *Libano* uſque ad Hyſſopum murorum hoſpitem. Genuinus ſui temporis *Salomon* fuit, *Honoratus Ioannius*, virtute, ſapientia, & ſcientia inclytus. Quis linguas quas poſſidebat ſat explicet? quid in naturalium rerum notitia illum latuit. In Politicis documentis, quot verba, tot leges fundebat. An ne tantus Vir obeliſco dignus? certè digniſſimus; ad hominis ergo immortalitatem conteſtandam, obeliſcus cœlum feriens erigatur.

OBE-


OBELISCUS
HIEROGLYPHICUS.
Immortalitati Honorati Joannii
erectus.
HONORATI
JOANNII GLORIA
ERECTUS.

*AMSTELODAMI,*

Excudebat *Joannes Janſſonius* à *Waesberge*,

ANNO 1672.

Cum Privilegiis S. C. Majeſtatis.

*ET*

*Ordinum Holl. & Weſt-Friſiæ.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google